SUMMA

art. XLI–XLVI

# ARTICULUS XLI
# DE BONITATE DEI

Viso | de proprietatibus communibus divinae essentiae pertinentibus ad intellectum, sequitur de pertinentibus ad voluntatem. Et quia secundum quattuor praedeterminata pertinentia ad intellectum, quae sunt intelligibile, intellectus, intelligendi habitus, et intelligendi actus, quattuor sunt similiter pertinentia ad voluntatem, illis | respondentia, scilicet volitum, ut ipsum volibile | sive appetibile tamquam obiectum voluntatis, ipsa vo|luntas tamquam potentia volendi, et volendi habitus, et volendi actus, ideo ad modum quattuor inquisitorum circa divinum intellectum restant quattuor inquirenda circa divinam voluntatem. Quorum primum est de ipso volibili sive amabili in Deo, secundum de ipsa | voluntate eius, tertium de habitu vel quasi habitu in ipsa voluntate eius, quartum de ipso actu volendi eius.

Et quia volibile sive amabile, in quantum volibile aut amabile, habent rationem boni, ideo circa primum istorum restant duo inquirenda; quorum primum est de ratione volibilis sive amabilis in Deo simpliciter, secundum vero est de ratione boni sive bonitatis in ipso.

Circa primum istorum quaerenda sunt tria correspondentia illis | tribus, quae supra inquisita sunt circa Dei intelligibilitatem. Quorum primum est, an Deus sit volibilis sive amabilis; secundum, si Deus se ipso est amabilis; tertium, si ratio amabilitatis in Deo sit ratio amabilitatis circa omnia alia ab ipso. Sed quia Deus habet rationem volibilis sive amabilis in quantum habet rationem finis et boni, quemadmodum habet rationem intelligibilis in quantum habet rationem formae et veri, ideo de istis tribus quaestionibus tractandis supersedendum est, quia earum determinatio patet iuxta determinationem illarum trium eis respondentium de Dei intelligibilitate.

Et sequuntur quaestiones de bonitate | Dei. Et quia bonitas habet rationem finis, quantum res ultimate attingit, habet rationem perfecti, et perfectum habet

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 A $186^{va}$ A" $155^{vb}$ D' $147^{va}$ G' $144^{ra}$ J' $101^{rb}$ K' $281^{va}$ M' $188^{rb}$ P' $230^{vb}$ P° $229^{va}$ R' $137^{va}$ S' $128^{ra}$ T' $181^{va}$ W' $154^{ra}$ Bad. II f. $1^{r}$ Scarp. 671   7 W' $154^{va}$   7 S' $127^{rb}$   8 R' $137^{vb}$   11 K' $281^{va}$   18 P' $231^{ra}$   27 M' $188^{va}$

---

2 De … Dei] *om.* A Σ, cf. *infra*, p. 3,27   3 communibus] *iter.* K'   4 quia] hoc *add.* K'P'   5 quae sunt] *om.* S'   7 volibile] et ipsum *add. et del.* R'   15 ideo] *om.* Σ   15 quorum] *om.* P'Y'   16 vero] *om.* K'P'   17 bonitatis] *iter. sed del.* K'   20 Deus] in *add.* K'P'   25 eis] eisdem S'   27 Dei] Utrum … veritate p. 4,35–37 *add.* Σ (*sed non* T')   28 quantum] quem/quam cum A Σ   28 perfectum] imperfectum K'

---

4–6 Cf. HENR. DE GAND., *Summa*, art. 33 (ed. R. MACKEN, p. 122,15–18).   19 Cf. ID., *ibid.* (p. 123,24–26).   25–26 Cf. ID., *ibid.*, art. 33, q. 1–3 (ed. 123–162).

rationem totius, ex eo quod omnia continet quae ad eius perfectionem requiruntur; et ex hoc quod hoc continet absque limitatione et termino, dicitur infinitum, idcirco circa hoc quattuor sunt inquirenda: primum de ipsa Dei bonitate, secundum de eius perfectione, tertium de eius totalitate, quartum de eius infinitate.

Circa primum istorum, de Dei bonitate, inquirenda sunt tria: primo, si Deus dicendus est esse bonus, secundo, si Deus dicendus est esse summe bonus, tertio, si in Deo sit ponere aliquod malum. Utrum vero dicatur bonus essentialiter tantum, an etiam personaliter, patet ex determinatis in consimili quaestione supra de Dei veritate.

## | QUAESTIO 1

### Utrum Deus dicendus est esse bonus

Circa | primum arguitur, quod Deus non sit dicendus esse bonus, quoniam bonum addit super ens respectum ad finem, quia per Boethium, «*cuius finis* bonus *est*, *ipsum quoque* bonum est». Deo autem non convenit respectus aliquis ad finem, quia non est ad finem aliquem ordinatus, quia ipse | est ultimus finis omnium. Ergo etc.

Secundo sic. Deo, cum sit purum esse, nihil est oppositum nisi purum non ens. Sed bono est aliquid oppositum praeter purum non ens, scilicet malum, quod supponit aliquod ens. Ergo etc.

In contrarium est illud Psalmi, «*Confitemini Domino quoniam bonus*».

---

A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'     1 A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 1[rA] Scarp. 672[a]   6 G' 144[rb]

---

30 hoc[2]] *om.* K'P'   31 idcirco] ideo Σ   31 quattuor … inquirenda] quaeruntur quattuor P'   31 inquirenda] quaerenda Σ (*scr.* P°R'T'Y')   31–32 primum … infinitate] *om. et transponit infra* K'P'   31 ipsa] *om.* Σ   33 primum] *om.* R'   33 istorum] *om.* K'P' scilicet *add.* T'   33 inquirenda] quaerenda A''G'M'R' inacquirenda W'   33–35 primo, secundo, tertio] primum, secundum, tertium Σ (J' 3[o])   35 malum] primum … infinitate p. 4,31–32 *add.* K'P'   35–37 Utrum … veritate] *om.* Σ   35 vero] autem K'P'   35 bonus[2]] *om.* A   36 etiam] *om.* D'   37 supra] *om.* Σ (T' *def.*)   2 Utrum … bonus] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 4,33–34.   3 quoniam] ens *add. et del.* K'   6 finis] *om.* D'   8 esse] ei *add.* R'   9 est aliquid] *inv.* K'P'

---

36–37 Henr. de Gand., *ibid.*, art. 34, q. 2 (ed. R. Macken, p. 169–188); cf. etiam Henr. de Gand., *Quodl.* I, q. 1 (ed. R. Macken, p. 3: «Utrum sit ponere in Deo bonitatem aliquam personalem»).   4–5 Boethius, *Top. Arist.*, III, c. 1 (ed. L. Minio-Paluello, p. 52,17–18; PL 64, 935C; 116b 27); cf. Anon., *Auct. Arist.* (ed. J. Hamesse, 36, 45).   11 *Ps.* CXVII, 1 (cf. *Ps.* CV, 1; CVI, 1; CXXXV, 1).

## <SOLUTIO>

Quia ante determinationem cuiuslibet quaestionis | de re quacumque si|gnificata per nomen, oportet scire quid significatur per nomen et quis sit intellectus eius, idcirco hic sciendum est in principio quod, cum in rebus creatis a quibus manuducimur ad divina, videmus duplex bonum, quoddam quod consistit in natura et essentia rei, quoddam vero quod consistit in accidente et aliquo essentiae rei superaddito, bonum primo modo appellat BOETHIUS in fine De hebdomadibus «*generale bonum*», quia consequitur omne ens secundum quod ens est. Secundum bonum appellat *speciale* bonum, et tale bonum, ut dicit, est *iustum* esse, accipiendo iustum a generali iustitia, quae secundum PHILOSOPHUM, Vº Ethicorum comprehendit omnes virtutes, et bonum iustitiae est bonum virtutis et adveniens essentiae rei, per quod ordinatur ad operari, quia «*virtus est* quae *habentem perficit et opus eius bonum reddit*».

Unde, distinguendo primum bonum contra secundum, dicit BOETHIUS quod «*bonum esse ad essentiam, iustum vero esse ad actum respicit*». Et dicit AUGUSTINUS, VIIIº De Trinitate, cap.º 4º: «*Cum audio, verbi gratia, quod dicitur animus bonus, sicut duo verba sunt, ita ex eis verbis duo quaedam intelligo: aliud quo animus est, aliud quo* | *bonus.* | *Et quidem, ut animus esset, non egit* | *ipse* | *aliquid, non enim iam erat qui ageret ut esset. Ut autem sit bonus animus, video agendum esse voluntate, non quia id ipsum quo animus est, non est aliquid boni, sed nondum dici*mus ‹*animus bonus*›, *quia restat ei actio voluntatis qua* fit *praestantior.*»

Haec | autem duo genera bonorum, quamvis in creaturis differant, in Deo autem id ipsum sunt, et in una ratione boni transferuntur a nobis in Deum. Et «cum *bonum* dividitur | primo *aequaliter* in decem praedicamenta, sicut ens»,

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  13 A $186^{vb}$  14 K' $281^{va}$  29 T' $182^{ra}$  29 J' $101^{va}$  30 T' $182^{ra}$  30 P' $231^{rb}$  34 Scarp. $672^{b}$  36 D' $147^{vb}$

---

13 ante] a' R' aut W'  14 nomen$^{2}$] et quid *add.* S'  17 et$^{2}$] *om.* G'T'  18 bonum] *iter. et del.* K'  19 quia] quod Σ  19 consequitur] sequitur K'  20 Secundum] secundo T'  21 ut dicit] *iter.* S'  21 est] esse Σ (*corr.* D' *del.* Y') (*scr.* A"G'J'T')  21 quae] quod K'P'  23 est] omne A (*corr.*) Σ (*def.* J')  23 adveniens] superadveniens A (*sed del.* super) superveniens Σ  24 eius] *om.* D'  26 ad$^{1}$] per *sed corr.* D'  26 esse$^{2}$] *om.* D'  27–28 quod dicitur] *om.* K'P'  29 bonus] est *add.* K'P'  29 et] *om.* Σ (et...ut) ne J'  29 quidem] quidam K'  29 *ut*] *om.* J'  30 egit] eget Σ (*scr.* J'K'P')  30 autem] iam Σ (*scr.* A"K'P'T')  31 id] ad G'M'S'W'  32 nondum] non de Σ (*scr.* J'K'P'S'T')  34 differant] differunt J'K'P'(*corr.*) W'  35 id] *add. i. m.*D'  36 bonum] nobis P'

---

18–21 BOETHIUS, *De hebdom.*, II (ed. N. M. HÄRING in GILB. PORR. *Comm.*, p. 384,88; PL 64, 1314B–C).  22 ARIST. *Eth. Nic.*, V, c. 3 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER p. 455,16; Iunt. III, f. 64rE; 1130a 9–10).  24 ID., *ibid.*, II, c. 5 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 402,14; Iunt. III, f. 23vH–J; 1106a 16); ANON. *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 12, 37).  25–26 BOETHIUS, *De hebdom.* II (ed. N. M. HÄRING in GILB. PORR. *Comm.*, p. 383,82–83; PL 64, 1314B).  26–33 AUGUST., *De Trin.*, VIII, c. 3,4 (ed. CC lat. 50, p. 272,26–273,35; PL 42, 949–950).

ut vult PHILOSOPHUS in principio Ethicorum, necessarium est quod ipsum differat | ab esse, sive a natura et essentia rei, in qua fundatur secundum rationem tantum, quia neque aliud re addit essentiae, sicut album | addit super | corpus, nec aliud intentione, sicut sensibile addit super vegetabile, quia tunc bonum contraheret ens, sed solum super esse et essentiam rei cuius est, addit aliquid secundum rationem, hoc est aliam rationem quam sit ratio esse vel entis, quae est determinatus modus ipsius entis, ne bonum sit omnino synonymum cum esse vel ente.

Determinatus autem modus qui est rationis tantum, positivus et absolutus esse non potest, quia nihil est tale quid, nisi ponat rem aut intentionem aliquam aliam super illud cuius est. Oportet igitur quod sit negativus aut positivus respectus, secundum quod de hoc satis habitum | est supra. Negativum autem | modum nihil potest addere super ens nisi negando a se ipso diversitatem, quia ens quodcumque ex natura sua ad se ipsum identitatem ponit ex eo quod est. Et ille modus significatur nomine unius et format primum conceptum additum rationi entis. Oportet igitur quod bonum super ens et unum addat respectum rationis tantum. Id autem quod est rationis tantum, oportet fundari in eo quod est rei, ne sit ratio vana.

In re autem qualibet, tam creata quam increata, est considerare et speciem et ipsum subsistens in forma et specie. Species autem duo habet agere, et secundum hoc duo habet respicere: secundum considerationem intellectus nostri est species primo rei manifestativa et declarativa, scilicet quia est id quod est; secundo est rei in suo esse perfectiva et completiva.

Unde, cum res nata est denominari a sua forma et specie secundum ea quae forma agit circa eam, potest ergo considerari res, ut per formam suam et speciem ipsa res nata est | manifestari esse id quod est. Sic consideratur in ipsa respectus rationis quem habet per suam speciem ad intellectum cognoscentem,

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y'  38 S' 128va  39 R' 138ra  39 W' 154vb  48 M' 188vb  48 K' 282rb  62 G' 144va

---

38 ab] ad M’P°S’Y'  40 aliud intentione] ad intentionem S’W'  41 aliquid] cuius est *add. et del.* K'  42 secundum] super P'  42–43 quae … entis] *om.* (*hom.*) S'  44 vel] cum *add.* T'  45 est] entis *add. et del.* A  45 et] *s. l.* A  46 nisi] non Σ (*om. in alternatione folii* P°) (*scr.* A”J’K’P’T')  47 illud] id Σ  48 respectus] respectivus Σ (*scr.* A”D’G’J’K’P')  50 ad se ipsum] de se ipsa R' ad se ipsam A”  55 est] oportet K’P'  57 respicere] rationem K’P'  58 id] illud Σ (*scr.* A”J’K’P’T')  59 secundo est] *om.* Σ (*scr.* A”J’K’P’T')  59 perfectiva] perfectissima Σ (*scr.* A”J’K’P')  59 completiva] complexiva K' *om.* P°Y'  63 rationis] rationum R'

---

36–37 ARIST., *Eth. Nic.*, I, c. 4 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 379,32–380,4; Iunt. III, f. 5rF–vG; 1096a 24–28), cf. AVERROES, *Eth. I Comm.*, 6 (Iunt. III, f. 6rF); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 5, a. 6 ad 1.  48 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147vC), art. 34, q. 3 (ed. R. MACKEN, p. 191,73–192,85).  56–57 De specie (intelligibili) agit Henricus de Gandavo in multiplici et differenti modo; cf. ST. P. MARRONE, *Truth and Scientific Knowledge in the Thougth of Henry of Ghent*, Princeton 1985.

et denominatur hoc nomine verum, ut patet ex supra determinatis. Potest etiam alio modo considerari res, ut per suam formam et speciem habet perfici et compleri secundum se in suo | esse. Sic consideratur in ipsa respectus rationis ad ipsam formam et speciem suam, et denominatur hoc nomine bonum.

Unde, quia verum nominat respectum quem habet res per speciem ad intellectum, in quo perficitur actus manifestandi, bonum vero nominat respectum ad ipsam speciem quae rem perficit, ideo dicit PHILOSOPHUS, VI$^{o}$ Metaphysicae, quod «*verum et falsum sunt in* consideratione*, bonum vero et malum sunt in rebus*». Et numquam definitur verum nisi per actum manifestandi, neque bonum nisi per actum perficiendi. Et quia verum nominat respectum quem habet res per speciem ad | cognitionem in manifestando, quod facit species ratione qua est species simpliciter, bonum vero nominat respectum quem habet res ad ipsam speciem in perficiendo, quod, — quia non facit species, nisi quia in se perfecte continet ea quae nata sunt perficere esse et essentiam rei, non quia est species simpliciter, — et sic ratio speciei in quantum perficit, se habet per additionem ad rationem speciei simpliciter, ideo post rationem entis et unius est tertio ratio veri et quarto ratio boni. Sic ergo bonum significat principaliter suo nomine ens perfectionem suam attingens, | sicut verum significat ens se ipsum intellectui manifestans.

Perfectionem autem suam res sive ens potest attingere dupliciter: uno modo quia perfecte perfectionem suam habet in se | et ex se omnino, alio modo quia illam recipit ab alio et extra se, et hoc vel imperfecte, quoniam illam imperfecte attingit propter aliquam distantiam a suo fine, vel perfecte, quoniam illam perfecte attingit ex perfecta coniunctione cum fine. Primo modo cadit ratio boni in solo Deo, secundo modo cadit in creaturis. Propter quod dicit BOETHIUS, De hebdomadibus: «*Primum bonum in eo quod est, bonum est, secundum vero bonum* est*, quoniam ex eo fluxit, cuius esse bonum est*».

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 66 Scarp. 673$^{a}$ 74 P’ 231$^{va}$ 81 A 187$^{ra}$ 84 K’ 282$^{va}$

---

66 esse] *om.* M’R’ 67 denominatur] determinatur Σ (*scr.* K’P’) 69 in] *om.* R’ 70 perficit] et *add.* D’ 74 per] suam *add.* K’ 75 est species] *inv.* K’P’ 75 vero] autem K’P’ 76 speciem] *om.* S’ essentiam J’ 76 quod quia] *inv. et del.* quia K’ 76 quia] quidem J’ 80–81 principaliter] simpliciter *sed corr.* K’ 82 intellectui] intellectum Σ (et intellectum J’) (*scr.* A”) 85 et$^{1}$] *om.* Σ (*scr.* A”M’T’) 90 secundum … est$^{2}$] *om.* (*hom.*) Σ

---

64 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 3 (ed. R. MACKEN, p. 189–192); cf. *infra*, p. 105,28–30. 70–72 ARIST., *Metaph.*, VI, c. 4 (Transl. Anon. (Media), VI, c. 4, ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 122, 1–2; Iunt. VIII, f. 152vG); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 153; 1027b 25–27), cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 1 (ed. R. MACKEN, p. 163,4–5); q. 5 *ibid.*, p. 212; cf. etiam p. 105,28–30. 70–80 Ad doctrinam metaphysicam de universalibus intentionibus («transcendentalibus») cf. J. A. AERTSEN, *Transcendental Thougth in Henry of Ghent, Henry of Ghent.* Proceedings of the International Colloquium on the Occasion of the 700th Anniversary of his Death (1293), ed. W. VANHAMEL (*Ancient and Medieval Philosophy*, De Wulf-Mansion Centre, series 1, XV), Louvain, 1996, 1–18. 89–90 BOETHIUS, *De hebdom.*, II (ed. N. M. HÄRING in GILB. PORR. *Comm.*, p. 382,50–383,51; PL 64, 1313A).

Propter quod primum bonum est bonum per essentiam, secundum vero per participationem solum. Et quia omne participatum est ab illo quod est per essentiam, et | omne habens aut recipiens bonum suum ab alio tendit in illud, ut suum bonum in illo bono perficiatur, ideo Deus bonus dicitur ut finis, alia vero omnia sicut ea quae sunt ad finem. Et sicut alia dicuntur bona, quae tendunt in primum bonum sicut in finem, ut ipsum attingant, sic Deus dicitur bonum, quia finis est omnis boni, et in se et ex se habet perfectionem et complementum omnis boni, ut non sit bonum hoc aut illud, | sicut sunt cetera bona, sed simpliciter bonum et bonum omnis boni, dicente AUGUSTINO, VIII$^{o}$ De Trinitate, cap.$^{o}$ 4$^{o}$, «*bona est terra*» et cetera plurima quae enumerat | tam in rebus corporalibus quam spiritualibus, ubi subdit: «*Quid plura? bonum hoc, bonum illud, tolle hoc et tolle illud, et vide ipsum bonum, si potes; ita Deum videbis, non alio bono bonum, sed omnis | boni bonum. Non bonus animus aut bonus angelus aut bonum caelum, sed bonum bonum. Sic enim fortasse facilius advertitur quid velim dicere*». Et infra: «*Cum itaque audis bonum hoc et bonum illud, quae possunt alias dici et ‹non bona›, si poteris sine illis quae participatione bona sunt, perspicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt, — simul enim et ipsum intelligis | cum audis hoc | aut illud bonum, — si ergo potueris, illis detractis, per se ipsum perspicere bonum,* pro*spexeris Deum.*»

Secundum hunc ergo modum praeexpositum ponendum est, quod Deus dicendus est esse bonus.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, quod «bonum dicit respectum ad finem, quod non convenit Deo», dicendum quod hoc non habet veritatem nisi de bono in creaturis; in Deo autem dicit respectum formae | divinae essentiae, ut forma est, ad | ipsam, ut res quae Deus est, habens in se omnem rationem perfectionis quae deitati congruit; et uterque respectus significatur nomine boni | in diversis, ut dictum est.

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   93 Scarp. 673$^{b}$   98 M' 189$^{ra}$   00 S' 128$^{vb}$   03 D' 148$^{ra}$   08 T' 182$^{rb}$   08 W' 155$^{ra}$   15 P' 231$^{vb}$   16 G' 144$^{vb}$   17 R' 138$^{rb}$

---

91 secundum] *om.* S'   92 omne] participans est ab illo *add. et del.* K'   93 aut] et Σ (*scr.* K'P'T')   96 primum] ipsum K'P'   98 simpliciter] et *add. et del.* D'   00 bona] bonum K'P'   01 quam] in *add.* J'K'P'   01–02 tolle … illud] *om.* A Σ (*corr.* Y')   03 boni] non *add. et del.* D'   05 et bonum] *iter.* D'   09 prospexeris] perspexeris G'K'P° *om.* Y'(*add. i. m.*)   15 dicit] *om.* D'   15 essentiae] *add.* dicit D'   16 ut] quae *sed corr. s. l.* D'

---

99–05 AUGUST., *De Trin.*, VIII, c. 3, n. 4 (CC lat. 50, p. 272,14–17, 24–26; PL 42, 949). Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 2 (ed. 1520, I, f. 125rQ), art. 25, q. 3 (ibid. f. 153vE) allegat saepius locum istum s. Augustini.   05–09 ID., *ibid.*, c. 3, n. 5 (CC lat. 50, p. 273,46–52; PL 42, 950).   13–14 Cf. *supra*, p. 4,3–4.   18 Cf. *supra*, p. 5,34–35.

Ad secundum, quod «bono opponitur malum, quod non convenit Deo», dicendum quod hoc habet veritatem solum de bono | creaturae, bono enim Dei nullum malum opponitur, nisi quod est purus defectus, ut in tertia quaestione videbitur.

## | QUAESTIO 2

### UTRUM DEUS DICENDUS EST ESSE SUMME BONUS

Circa | secundum arguitur, quod Deus non potest dici summe bonus, quoniam ‹summum› dicit gradum determinatum eminentiae in eo cui additur. Sed Deo non convenit esse bonum secundum aliquem gradum bonitatis determinatum, quia est bonus secundum rationem omnis gradus bonitatis, quia, ut dictum est iam, ipse est omnis boni bonum. Ergo etc.

Secundo sic. Bonum quod habet recipere additionem ut fiat melius, non est summum bonum simpliciter. Bonum autem divinum est huiusmodi, quia, addito ei bono creaturae, melius est utrumque simul quam per se alterum tantum. Ergo etc.

Tertio sic. Bonum illud «gloriosius et laudabilius» habetur, quod habetur voluntatis libertate quam naturae necessitate, dicente HIERONYMO in homilia super «*Missus est angelus*», «*angelicam* gloriam quaerere *maius est quam habere* dum hoc homo viribus habere nititur, quod habet angelus ex natura,», et loquitur de castitate virginali. Et PHILOSOPHUS dicit, II$^{o}$ Ethicorum, quod «eis quae insunt nobis a natura, *neque laudamur neque vituperamur* sicut eis quae nobis insunt voluntate.» Deo autem inest bonum naturae necessitate, non voluntatis libertate, quia non est bonus quia libere vult bonum, sed e converso quia est bonus, ideo libere vult bonum. Deus ergo non habet bonum quemadmodum gloriosius et laudabilius haberi potest, sed tale non est summum bonum. Ergo etc.

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   20 K' 282$^{vb}$   1 A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 3$^{rH}$ Scarp. 674$^{a}$

---

20 habet … solum] solum habet veritatem Σ   20 enim] autem T'   21 opponitur] componitur A"S'   2 Utrum … bonus] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 4,34–35.   5–6 determinatum … gradus] *om.* (*hom.*) D'T'   6 est bonus] *inv.* K'P'   10 ei] ea S'   12 gloriosius] gloriosus T'W' *om.* G'   17 neque] laudabilia *add. et del.* D'   18 quae … insunt] in nobis quae sunt K'P' quae insunt nobis W'   19 bonum] *om.* K'P'

---

19 Cf. *supra*, p. 4,9.   21–22 Cf. *infra*, p. 16,17–18.   6–7 Cf. *supra*, p. 8,98–99.   12 Cf. *Dan.* III, 52, 56: «laudabilis et gloriosus et superexaltatus in saecula».   13–15 PSEUDO-HIERONYMUS (=PASCHASIUS RADBERTUS), *Ep.* IX (De assumptione b. Mariae) (PL 30, 127A).   16–18 ARIST., *Eth. Nic.*, II, c. 4 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 401,28; in THOMAE DE AQ. *Sent. libri Eth.*, ed. Leonina XLVII. I, p. 89; Iunt. III, f. 23rB; 1105b 32); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 12, 35).

In contrarium est illud AUGUSTINI, Iº De Trinitate, cap. 2º: «*Suscipiemus, quantum possumus, reddere rationem quod Trinitas sit unus solus et verus Deus*», et infra: «*et esse illud summum bonum, quod purgatissimis mentibus cernitur*».

<SOLUTIO>

Dicendum ad hoc, quod summum secundum aliquam speciem aut formam dicitur aliquid vel aliquis dupliciter, aut comparative aut simpliciter et absolute; et comparative dupliciter, aut comparatione propria aut impropria.

Primo modo Deus non potest dici summe bonus, quia bonitas non est univoce et secundum eandem rationem in Deo et in creaturis, sicut neque sapientia aut aliquid aliorum, ut infra videbitur loquendo de divinis praedicationibus, et habitum est supra. Com|paratio autem proprie dicta non est nisi in vere univocis, ut vult PHILOSOPHUS in VIIº Physicorum.

Secundo autem modo comparationis Deus dicitur summe bonus, quia excedit omnem creaturam in analogica bonitate, | quemadmodum quodam modo substantia dicitur summe ens respectu accidentium. | In analogo enim fit aliquo modo comparatio, licet non in aequivoco. Nullo enim modo | recipitur comparatio, qua dicitur quod vox est albior colore, quia pure | aequivoce dicitur album in voce et album in colore, secundum PHILOSOPHUM in Topicis. Sed ex tali comparatione non intelligitur immensitas suae bonitatis propter quam dicitur summe bonus, quia, etsi esset bonum in determinato gra|du | finitum, adhuc esset summe bonus in comparatione. Unde inquirendum est, quomodo dicendus sit summe bonus simpliciter et absolute.

Loquendo ergo de ‹summo› simpliciter et absolute, dicimus quod Deus propriissime dicitur summe bonus dupliciter, et quantitative et qualitative.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  34 Scarp. $674^{b}$  37 A $187^{rb}$  38 M’ $189^{rb}$  39 J’ $101^{vb}$  40 K’ $283^{ra}$  43 S’ $129^{ra}$  43 P’ $232^{ra}$

---

23–24 suscipiemus] suscipiamus K’P’  24 quantum] quam D’ in quantum J’  25 esse] *om.* S’  25 purgatissimis] purgant illis Σ (*scr.* G’J’K’P’T’Y’)  31 bonitas] trinitas P’  31–32 univoce] unitate K’P’  34 univocis] *corr. ex* unitione vocis S’  35 in] *om.* Σ (*scr.* K’)  35 VIIº Physicorum] *om.* S’  36 summe] summum A”D’G’S’W’ (*scr.* J’K’M’P’R’T’)  36 bonus] bonum A”G’  37 analogica] analogata Σ (*scr.* A”Y’)  41 album … colore] album in colore et album in voce K’P’  44 adhuc] autem *add.* D’  44 inquirendum] inquirendus Σ (*scr.* A”G’K’P’Y’)

---

23–26 AUGUST., *De Trin.*, I, c. 2, 4 (ed. CC lat. 50, p. 31,1–3, 7–8; PL 42, 822).  33–34 Cf. *infra*, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 51–52; art. 73, q. 5 (ed. 1520, II, f. 52rR–60rb; 271rA–272vI); cf. *supra*, art. 32, q. 1–5, imprimis q. 4 (ed. R. MACKEN, p. 56–75). De conceptu divinarum praedicationum «pendet fere, ut dicit Thomas de Aquino, Sent. I, d. 2, q. 1, a. 3 (ed. Paris. VII, p. 36b), totus intellectus eorum quae in Iº libro dicuntur».  35 ARIST., *Phys.*, VII, c. 4 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 269,11–12; in THOMAE DE AQ. *Comm.* VII, lectio 7, n. 939, ed. Torino-Roma, p. 482b; 248b 6–7, 9, 249a 4–5); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 192).  40–41 ARIST., *Topic.*, I, c. 15 (ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 24,20–21; 107a 12–13; PL 64, 920D).

Quantitative tum ex parte ipsius bonitatis, tum ex parte habentis eam. Ex parte ipsius bonitatis, quia in se habet omne bonum et omnem rationem et gradum perfectionis in bono, ut videbitur infra. Ex parte habentis bonitatem, quia infinitas quasi capacitatis suae omni bono repleta est. Et sic quantitative dicitur summe bonus, quemadmodum vas diceretur summe plenum liquore aliquo, quod tantum esset repletum, quod non restaret neque ex parte capientis quod posset plus capere, neque ex parte recepti quod recipi posset.

Dicitur etiam Deus summe bonus qualitative, et hoc dupliciter: tum ex parte ipsius bonitatis habitae, | tum ex parte modi habendi.

Ex parte bonitatis habitae, | quia alterius rationis et in infinitum eminentioris est bonitas illa quae est in Deo, quam sit illa quae est in creaturis. Similiter qualitative Deus dicendus est esse summe bonus ex parte modi habendi, et hoc tam ex parte modi habendi bonitatem naturalem, quae consistit in essentia rei creatae qua perficitur in esse, quam bonitatem quasi superadditam, qua perficitur quasi in bene esse.

Prima enim bonitas, etsi consistat in natura et essentia rei tam creatae quam increatae, quia «omne *quod est*, in quantum est, per suam essentiam sive essentialiter *bonum est*», ut probat BOETHIUS libro De hebdomadibus, nihilomi|nus tamen, ut determinat in eodem, quia creaturae esse suum et bonitatem habent ab alio, ideo creaturae participatione bonae sunt; Deus autem, quia ex | se ipso habet esse bonus, quemadmodum ex se ipso habet esse, secundum modum supra determinatum, ideo solus essentialiter bonus est, et ideo summe.

Secunda vero bonitas, etsi in creaturis re differat a prima, in Deo sola ratione differt, et ideo in Deo essentialis est et ex necessitate naturae, non ex aliqua sua actione aut dono alterius acquisita aut quasi acquisita, in creaturis autem habet esse acquisita ex dono et gratia alterius et merito propriae actionis. Nunc autem in infinitum magis est et nobilius habere bonitatem suam naturaliter et | absque ulla operatione, quam operatione quantumcumque modica. Quod enim eget operatione aliqua ad bonum suae perfec|tionis acquirendum, hoc venit ex defectu rei et imperfectione, dicente PHILOSOPHO in II$^{o}$ Caeli et Mundi:

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 56 G' 145$^{ra}$ 57 D' 148$^{rb}$ 66 Scarp. 675$^{a}$ 68 W' 155$^{rb}$ 75 K' 283$^{rb}$ 76 T' 182$^{va}$

---

48 bonitatis] bonitate P' qualitative *add. i. m. et del.* D' 49 et] habet *add.* S' 49 et$^{2}$] omnem *add. et del.* D' 51 suae] cum *add.* S' *lac.* T' 55 etiam] autem T' 57 in] *add. s. l.* T' 57–58 eminentioris] emanationis T' 60 tam] *add. s. l.* T' 60 habendi] *om.* K' 61 esse] essentia Σ (*def.* A"W') 64 suam essentiam] *inv.* D' 65 probat Boethius] *inv.* T' 68 bonus … esse] *om.* (*hom.*) P' 68 ex se ipso] *om.* D' 70 vero] nam Σ (enim Y') (*scr.* A"G'K'P'T') 75 quantumcumque] quamcumque D'M'R'S'W' quacumque P°Y' quantum J' (*scr.* A'K'P'T')

---

50 Cf. *infra*, p. 23,132–135. 64–65 BOETHIUS, *De hebd.*, II (ed. N. M. HÄRING in GILB. PORR. *Comm.*, p. 382,50; 220,68–70; PL 164, 1312A; cf. etiam p. 7,88–90). 66–67 ID., *ibid.*, p. 382,49–383,51. 68–69 Cf. *supra*, p. 7,83–85; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 5 (ed. 1520, I, f. 219rD).

«*Res bona est completa, existens absque operatione qua* acquirit *bonitatem, et res propinqua,* illa *recipit eam operatione una parva, et res loginqua est res quae recipit eam operationibus multis*». Et dat exemplum de sanitate in hominibus, quod quidam sunt sani *absque* omni *operatione* exercitii diaetae aut minutionis, quidam vero acquirunt sibi *sanitatem* modico exercitio, quidam | non nisi multis horum.

Unde homo propter imperfectionem naturae in genere intelligentium, perfectam bonita|tem qua supernaturaliter perficitur et appropinquat summo bono, non habet nisi per multam operationem. Angelus vero, quia superioris et perfectioris naturae est, habet eam unica operatione, quia in primo actu suae conversionis ad Deum. Deus autem, quia supremae et perfectissimae naturae integram | habens bonitatem, ideo habet eam absque omni operatione qua sibi eam acquirat. Et ideo vere est summe bonus naturae suae necessitate propter eius omnimodam perfectionem, ut perfectio naturae suae sit ratio qua est bonus perfecta bonitate, non aliqua operatione voluntatis in ipso, e contrario ei quod contingit in creaturis.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, quod «summum dicit gradum determinatum», dicendum quod gradus potest dici determinatus ex parte modi comparationis vel ex parte rei comparatae. Primo modo summum dicit semper gradum determinatum, scilicet superlativum, secundo modo dicit gradum determinatum in solis creaturis, in quibus comparabilia non habent esse nisi finitum, in Deo autem nequaquam, quia eius bonitas infinita est, ut infra patebit.

Ad secundum, quod «bonum creaturae additum bono Creatoris facit melius bonum», dicendum quod non est verum, quia quod duo bona coniuncta faciant melius utroque separa|to, hoc non contingit | nisi in pure univocis bonis, quae sunt nata facere unum vel uniri in aliquo | uno bono, quemadmodum melius est denarius argenteus cum denario cupreo quam alter per se, quia bonum pre|tii

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  82 R’ 133[va]  85 P’ 232[rb]  89 M’ 189[va]
03 Scarp. 675[b]  03 S’ 129[rb]  04 A 187[va]  05 145[rb]

---

78 operatione] comparatione K’P’  79 eam] in *add.* Σ (*scr.* A”K’P’T’)  79 operatione] comparatione P’  79 res] *om. sed. add. i. m.* D’  82 quidam[2]] vero *add.* D’  83 horum] *om.* K’P’  86 per] *add. s. l.* T’  86 superioris] est *add.* D’  87 est] *om.* D’  89 ideo] omnino Σ habens *add.* P’  89 habet eam] *inv.* P’  89 qua] quia S’  97 summum dicit] *iter.* D’  97 semper] *om.* K’P’  99 comparabilia] sunt *add. et del.* D’  01–02 melius bonum] *inv.* Σ (*scr.* J’K’)  03 pure] puris K’  04 est] *om.* Σ (*scr.* J’ *add. i. m.* Y’)  05 cum] et S’

---

77–83 ARIST., *De caelo,* II, c. 12 (in ALBERTI M. *Comm.,* ed. HOSSFELD, p. 172,82–87; Iunt. V, f. 140rE-F; 292a 22–27); cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* IX, q. 11 (ed. R. MACKEN, p. 208,86–91).
95 Cf. *supra*, p. 9,3–4.  00 Cf. *infra*, p. 94,169–171.  01–02 Cf. *supra*, p. 9,8.

utriusque natum est uniri in pretio denarii aurei. Non autem in aequivocis vel analogis, quae sic se habent quod ratio unius perfecte includitur in ratione alterius, qualia sunt bona Creatoris et creaturae, ex quibus non est natum fieri unum, quia non habent unam rationem boni, neque nata sunt uniri in una ratione boni, quem|admodum neque album in voce et album in colore, et ideo non est albius utrumque simul quam seorsum. Bonum etiam creaturae perfecte includitur in bono Creatoris, et ideo non resultat aliquid melius ex ambobus quam est solum bonum Creatoris, sicut e converso bonum substantiae et accidentis, licet sint analoga, simul constituunt aliquid melius quam sit alterum per se, et hoc ideo, quia ratio bonitatis accidentis non includitur omnino in ratione bonitatis substantiae.

Ad dissolutionem tertiae rationis sciendum quod est duplex bonum in creaturis, ut dictum est supra. Unum quod consistit in natura et essentia rei, et pertinet ad rei perfectionem in suo esse primo substantiali, aliud quod est superadditum naturae et essentiae, et pertinet ad perfectionem in suo esse secundo accidentali sive in suo bene esse. Propter quod bonum primum est esse rei simpliciter et bonum secundum quid, bonum vero secundum est bonum rei simpliciter et esse secundum quid.

Bonum primo modo inest cuilibet rei tam creatae quam increatae necessitate naturae, sed Creatori ex se et per essentiam, et creaturae participatione et ab alio, et ideo perfectius convenit Deo quam creaturae, ut dictum est. |

Bonum secundo modo in Deo incidit in id ipsum cum bono primo modo quoad modum | habendi, et differt ab illo sola ratione nostri intellectus, et habetur in Deo sola necessitate naturae, et est in ipso quasi habitus naturalis voluntatis divinae inclinans ipsum ad volendum omne bonum, ut determinabitur infra. Ut actus divinae voluntatis non sit aliquo modo, etiam secundum rationem nostri intellectus, ratio qua Deus sit bonus, sed e converso, quod est bonus est ratio suae bonae voluntatis, quia id cuius voluntas est ratio est quasi acquisitum bonum per voluntatis operationem. Nunc autem perfectius est bonum habere absque operatione qua acquirat illud sibi: hoc enim est de imperfectione, quod

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’    10 K’ 283$^{va}$    26 P’ 232$^{va}$    28 D’ 148$^{va}$

---

07 analogis] analogicis *sed corr.* S’  09 unam rationem] *inv.* Σ  11 seorsum] deorsum S’  13 solum bonum] *inv.* K’P’  13 Creatoris … bonum] *om.* (*hom.*) D’  13 e converso] e contrario Σ (D’ *def.*) (*scr.* J’)  14 alterum] aliud Σ (aliquid G’)  15 non] *om.* Σ (*scr.* A”G’J’K’P’T’)  17 est] *om.* S’  18 et essentia] *iter. et del.* D’  19 et] *om.* S’  19 rei] *om.* T’  21 bene] bono T’  24 tam] causa *sed corr.* K’  25 et$^{1}$] *om.* K’P’  25 per] propter K’P’  26 perfectius] *iter. et del.* D’  28 ratione] unde *add. et del.* K’  28 nostri intellectus] *inv.* K’  30 volendum] volitum S’  30–31 determinabitur infra] *inv.* S’  32 quod] quia T’  33 bonae] *om.* Σ  34 autem] perfecto *add.* K’P’  34 perfectius] perfectionis S’  34 est] *add. s. l.* S’  35 illud] eam A Σ (*del.?* T’)

---

10 Cf. *supra*, p. 10,40–41.  18 Cf. *supra*, p. 5,16–18.  26 Cf. *supra*, p. 11,65–67.  30–31 Cf. *infra*, p. 129,19–21.

sibi desit aliquid de sua perfectione in bene esse, ut dictum est secundum Philosophum. Et «sic gloriosius et laudabilius habet Deus, quod sit bonus ex necessitate naturae suae», etiam de bono quod pertinet | quasi ad bene esse naturae, «quam habeat | creatura illud quacumque voluntatis operatione». Et de tali | bono quod pertinet in creaturis ad bene esse et in Deo quasi ad bene esse, procedit obiectio.

Ad quam dicendum, quod aliquid potest haberi libertate voluntatis vel propriae vel alienae. Si alienae, | sic omnino perfectius et nobilius, gloriosius et laudabilius habet id quod habet necessitate naturae propriae, quemadmodum habetur bonum utriusque modi a Deo, quam id quod habetur libertate voluntatis alienae, quemadmodum habetur bonum utriusque modi a creaturis, quia a libera voluntate Dei, ut infra videbitur. Si propriae, et hoc quemadmodum in hominibus et angelis habetur gloria merito voluntatis propriae cum gratia secundum fidem | catholicam, vel quemadmodum secundum Philosophum sola operatione propria illa quae sunt post bonum primum perfectum acquirunt sibi bonum suum perfectum, tunc distinguendum, quia aut bonum u|trumque, scilicet quod in uno habetur necessitate naturae, in alio vero voluntatis libertate, pertineat ad bene esse, vel quasi vel unum in uno ad esse, aliud vero in alio ad bene esse.

Si primo modo, sic adhuc gloriosius habetur, cum habetur necessitate naturae et est Deus gloriosus, iustus, pius et huiusmodi necessitate naturae, quam creatura quacumque operatione voluntatis, et si sola voluntate propria sibi bonum perfectum acquireret. Sic etiam creatura | angelica bonum pertinens ad suum bene esse, quod habet a Deo ex necessitate suae naturae, ut est habitus cognitivus, cognitione naturali perfectius habet illud et gloriosius, | quam habet homo ex acquisitione.

Unde etiam si angelus habitum gloriae haberet necessitate naturae suae, sicut habet habitus scientiae naturalis, quem | quidem habitum gloriae modo habet ex gratia | et ex merito voluntatis propriae, multo gloriosius eum haberet quam habet modo, quia tunc esset impeccabilis natura, quae multo dignior esset quam sit modo, cum possit peccare, sed non esset eiusdem naturae cum

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 38 Scarp. $676^{a}$ 39 W’ $155^{va}$ 40 M’ $189^{vb}$ 43 K’ $283^{vb}$ 49 J’ $102^{ra}$ 51 T’ $182^{vb}$ 58 S’ $129^{va}$ 60 R’ $138^{vb}$ 63 G’ $145^{vb}$ 64 Scarp. $676^{b}$

---

36 perfectione] et *add.* Σ 36 in] *om.* Y’ 42 quam] quod K’ 43 Si] aliqua *add. et del.* D’ 44 habet$^{2}$] de *add.* P’ 45 libertate] libertas P’ 45–46 voluntatis] *om.* K’ 47 a] *om.* K’P’ 47 et] ad K’ 50–51 acquirunt sibi] *inv.* D’ 52 alio] habetur *add. et del.* D’ 53 bene] *add. s. l.* T’ 53 vel] ad D’ 53 ad esse] *om.* K’P’T’ 58 Sic] sicut K’P’ 59 suae naturae] *inv.* K’P’ 60 habet$^{2}$] *om.* D’ 62 etiam] et Σ 62 haberet] ex *add.* K’P’ 63 habet] *om.* D’

---

36–37 Cf. *supra*, p. 11,75–77. 37–39 Cf. *supra*, p. 9,12–13. 41 Cf. *supra*, p. 11,60–62. 47 Cf. *infra*, p. 118,239–119,242. 47–51 Cf. *supra*, p. 9,13–15, p. 9,16–18.

illa natura angelica, quae modo est, et forte natura creaturae non est capabilis talis perfectionis secundum fidem catholicam, ut declarandum est loquendo de bonitate | creaturae. Si vero bonum in uno quod inest ei necessitate naturae pertineat ad esse, quod vero est in alio operatione propriae voluntatis pertineat | ad bene esse, hoc modo gloriosius habetur in hominibus bonum virtutis et gloriae quam in angelis bonum naturae, et hoc non propter modum habendi sed propter rem habitam, quia bonum quod perficit in bene esse, habet rationem boni simpliciter, quod vero perficit in esse, habet rationem boni secundum quid.

De tali autem bono quod habetur necessitate naturae in angelo, comparato ad bonum habitum libertate voluntatis in homine, loquuntur Hieronymus et Philosophus. Bonum enim castitatis virginalis in angelo pertinet ad bonum naturae, nec est virtus in ipso, nec habet rationem virtutis, quia | angelica natura vel voluntas nullo modo ordinatur ad vitium contrarium illi in se suscipiendum, cuiusmodi est luxuria, quia dependet a corpore cui naturaliter unitur anima, et est pure aequivoca castitas illa in angelo et in homine. Similiter bona naturalia in homine omnino habentur ab alio, bonum autem virtutis aliquo modo ab operatione propria; propter quod laus est homini a bono virtutis, nequaquam autem a bono naturae. Si vero bonum quod natum est acquiri a duobus operatione voluntatis, uni daretur a Deo cum operatione voluntatis, alteri autem sine operatione, gloriosius haberetur ab eo qui haberet illud cum operatione voluntatis suae quam qui sine. |

## | QUAESTIO 3

### UTRUM IN DEO SIT PONERE ALIQUOD MALUM

Circa | tertium arguitur, quod in Deo sit ponere aliquod malum.

Primo sic. Nullus facit alteri malum, nisi insit ei malum, quia non est malum nisi a malo. Deus facit alteri malum, quia dicitur, A m o s III°: «*Non est malum in civitate, quod non faciat Dominus*». Ergo etc.

Secundo sic. Non praecipit mala nisi in quo est malum, quia a bono non procedunt praecepta nisi bona. Deus praecipit mala, quia scribitur, E z e c h i e l XX°: «*Dedit eis praecepta non bona*». Ergo etc.

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   69 P' 233[vb]   71 A 187[vb]   78 K' 284[ra]   87 M' 190[ra]   1 A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 3[rR] Scarp. 677[a]

---

69 inest] est Σ   71 esse] et *add.* Σ   74 vero] non S'   74 boni] *om.* S'   75 necessitate] necessitatis P'   76 bonum habitum] *inv.* K'   80 cuiusmodi] cuius S'W'   81 castitas] castitatis P'   84 a[2]] *om.* P'   85 cum operatione] comparatione Σ (*conf.* J'M' *corr. in rasura* Y') (*scr.* A"G'K'P'T')   86 cum] ab *sed corr.* D'   87 qui] *om.* D'K'P'S'   2 Utrum … malum] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 4,35.   4–5 non … malum] *om.* (*hom.*) S'   6 Dominus] Deus Σ

---

68–69 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI). 76–77 Cf. *supra*, p. 9,13–15, p. 9,16–18.   5–6 *Amos* III, 6.   8–9 *Ezech.*, XX, 25.

Contra est, Deuteronomii XXXII$^{o}$: «*Deus fidelis et absque ulla iniquitate*». Ergo non est in eo malum culpae. Item nec malum poenae, quia immortalis et impassibilis est.

<SOLUTIO>

Dicendum ad hoc quod, cum non sit malum nisi culpae aut poenae, et utrumque est ex defectu boni, | cuius privatio est ipsum malum, et hoc in alio bono permanente in ipsa, quia non habet esse malum nisi in bono, ut debet declarari loquendo de malo in creaturis, quia malum quod est privatio omnis boni, non est in rerum natura, sed illud est purum non esse. Deus autem quia est summe bonum et summe bonus, ut iam ostensum est, non habet in se alicuius boni privationem aut defectum, sed magis omnis boni perfectionem, idcirco dicendum quod in Deo nullum omnino est malum, nec solum non habet, sed nec etiam potest habere, quia, ut ostensum est, ipse est de necessitate bonus et summe bonus, | ut nihil suae bonitatis et perfectionis suae possit amittere, et hoc quia non est in potentia ad hoc. «*Nullum* autem *esse secundum perfectionem suam ultimam in quo non est aliquid in potentia, sequitur malum. Non enim sequitur malum, nisi hoc | in cuius natura est aliquid in potentia*», ut dicit AVICENNA, IX$^{o}$ Metaphysicae suae, cap. LII$^{o}$, et ideo, ut dicit ibidem, quia «res | non est in potentia nisi propter *materiam malum sequitur materiam*». Et quia materiam non posuit nisi in istis inferioribus, ideo dicit ibidem | , quod «*causae mali non inveniuntur* nisi *in his quae sunt sub circulo lunae*». In quo non consentit ei fides, quia «Deus *in angelis suis reperit pravitatem*», ut dicitur, Iob IV$^{o}$.

<AD ARGUMENTA>

Ad | primum in oppositum dicendum quod, exponendo illud dictum Amos prophetae de malo culpae, illud dicitur facere permis|sive, non effective, quia

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 15 D' 148$^{vb}$ 23 W' 155$^{vb}$ 26 P' 233$^{ra}$ 28 S' 129$^{vb}$ 29 K' 284$^{rb}$ 34 G' 145$^{vb}$ 35 Scarp. 677$^{b}$

11 eo] hoc *add.* K'P'P°R'S'T'W'Y' aliquod *add.* D'J'P°Y' 14 nisi] *om.* T' 15 boni] bonitatis *sed corr.* D' 15 privatio est] *inv.* D' 16 in$^{2}$] malo *add. et del.* K' 18 est] *om.* K'P' 18 esse] est Σ (*om.* W' ens est G' ens Y') (*scr.* J'K'M'P'T') 19 summe$^{1}$] summum Σ 21 nec solum] *iter.* K' 21 non] modo Σ (*corr.* R') (*scr.* J'K'P'T') 22 potest habere] *inv.* Σ 28 est] *om.* D' 28 materiam$^{1}$] *om.* D' 30 quae] dicta *add.* K' 31 suis] *om.* D'

10–11 *Deut.*, XXXII, 4. 16–17 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI). 19 Cf. *supra*, p. 10,46–47. 22 Cf. *supra*, p. 11,71–72. 24–27 AVICENNA *Metaph.*, IX, c. 52 (ed. S. VAN RIET, p. 497,84–87). 27–28 ID., *ibid.*, p. 497,87–88. 29–30 ID., *ibid.* 31–32 *Iob*, IV, 18. 34–35 Cf. *supra*, p. 15,5–6.

fieri non posset nisi ipse permitteret, sed quod permittit, iuste permittit, quod autem iuste fit, bene fit. Et ideo non est malus ille a quo isto modo fit malum culpae, sed solum ille a quo fit effective, quemadmodum habet causam efficientem, scilicet in suo effectu deficientem, secundum quod haec omnia alias debent declarari suo loco. Exponendo vero illud de malo poenae, dicendum quod in malo poenae est aliquid positivum, | scilicet applicatio instrumentorum poenalium et ordinatio culpae per poenam secundum viam iustitiae, et aliquid privativum, scilicet privatio delectationis et pacis. Quoad primum poena est a Deo, sed in hoc nullam habet rationem mali, sed boni tantum, et hoc intendit in poenis quas infligit tamquam bonum. Quod vero est privationis, non est ab ipso, quia non intendit eam, licet incidat in eo | quod agit et intendit, nec imputari debet ei quod incidat, quia quod agit et intendit, non nisi iuste agit et intendit secundum omnes boni circumstantias. Nunc autem peccans, licet non intendat ad malum aut | defectum, malum tamen incidit in opus quod agit et intendit, non ‹ubi›, ‹quando› et ‹quomodo› aut secundum alias circumstantias boni, secundum quas debet agere, propter quod malum incidens sibi imputatur. Quomodo autem defectus qui contingit in malo poenae, Deo non debeat imputari, expositum est quaestione de quolibet.

Per idem patet responsio ad secundum, quoniam «praecepta Domini in quantum | erant ex Domini ferentis vel praecipientis intentione», bona erant et illi populo congruentia, exigente iustitia. Sed malitia eorum factum est, ut eis essent non bona propter transgressionem, secundum quod latius expositum est supra. Nunc autem non est malus, nisi qui praecipit mala, vel ex genere operis vel ex mala et perversa intentione praecipientis.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y'    41 T’ 183$^{ra}$    46 R’ 139$^{ra}$    49 A 188$^{ra}$    56 M’ 190$^{rb}$

---

37 est] *add. s. l.* T’   39 secundum] sed P’   40 debent] oportet K’P’   41 aliquid] quid K’P’   43 aliquid] quid K’P’   43 delectationis] delectionis A Σ (dilectionis J’M’) (*scr.* D’G’(*corr. in* delectionis)K’P’)   44 a] *om.* D’   46 non est] *iter.* D’   46 non] *om.* S’   47–48 nec … intendit] *om.* (*hom.*) J’S’   48 intendit] nec imputare debet ei quod incidat *add. et del.* A   50 quando et quomodo] quomodo quando K’   51 secundum] sed T’   53 imputari] exemplum *add. et del.* P’   53 est] in quadam *add.* Σ   55 responsio ad] *om.* A   56 Domini] Deo S’   57 Sed] vel K’P’   59 vel] *om.* S’

---

39–40 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 2, ad 3 (ed. 1520, I, f. 150vV–151v).   51–52 Ad doctrinam moralem de VII circumstantiis (*quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando*) cf. J. GRÜNDEL, *Die Lehre von den Umständen der sittlichen Handlung*, in *Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters* XXXIX, 5, Münster 1963.   53–54 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* V, q. 5 (ed. 1518, I, f. 159vY).   55–56 Cf. *supra*, p. 15,7–8.   58–59 Cf. *supra*, p. 16,14; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 9, q. 1 (ed. 1520, I, f. 71rG).

# ARTICULUS XLII
# DE DEI PERFECTIONE

Sequitur | de Dei perfectione. Circa quam duo sunt inquirenda: primo, si Deus possit dici perfectus; secundo, si perfectione cuiuslibet creaturae sit perfectus.

## | QUAESTIO 1

### UTRUM DEUS POSSIT DICI PERFECTUS

Circa | primum arguitur, quod Deus non possit dici perfectus.

Primo sic. Omne perfectum | est factum, quia praepositio illa 'per' in proposito non diminuit, sed potius auget. Deus «*non est factus, quia per ipsum facta sunt omnia.*», ut vult AUGUSTINUS, sermone Iº Super Ioannem. Ergo etc.

Secundo sic. Id, cuius natura stat | in eo quod supra se recipit omnes conditiones no|bilitatis, maxime imperfectum est, quia de ratione perfecti est quod non recipit additionem in dignitate et nobilitate, et de ratione imperfecti quod recipit additionem, ut iam dicetur. Deus est huiusmodi, quia non est nisi esse purum, ut habitum est supra. Esse autem simpliciter et purum super se recipit omnes determinationes dignitatis et nobilitatis, ut sunt sapientia, bonitas pulchritudo, et cetera huiusmodi. Ergo etc.

Tertio sic. Quae perfecta sunt per se, nihil invenitur extra illa, ut dicit PHILOSOPHUS, Vº Metaphysicae, cap. De perfecto. Et dicit, Iº Caeli |

---

A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 3[vZ] Scarp. 678   1 A Σ : A''D'G'J'-K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 3[vA] Scarp. 678[a]   4 K' 284[rb]   8 P' 233[rb]   9 Scarp. 678[b]   16 Scarp. 679[a]

---

1–2 Articulus … perfectione] XLII[us] articulus de perfectione Dei *om.* A Σ (*scr.* D'), cf. *supra*, p. 4,31–32.   3 Dei perfectione] *inv.* A''D'M'   3 quam] quod D'   3 primo] primum Σ   4 secundo] secundum Σ   4 si] de S'   2 Utrum … perfectus] *om.* Σ; cf. *supra*, p. 18,3–4   5 factus] effectus K'P'W'   6 facta] ita S'   6 sermone Iº] *om.* Σ   8 Id] illud K'   11 recipit] recipiat T'   12 ut] Deus *add.* S'   15 illa] *om.* S'

---

5–6 AUGUST., *In Ioannis Ev.*, tract. 1, n. 12 (CC lat. 36, p. 7,11, 14; PL 35, 1385); cf. Sermo 118, n. 1 (PL 38, 672): «Si autem omnia per ipsum facta sunt, intellige, quia non est factus ipse»; cf. *Ioann.*, I, 3; cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 4, a. 1 ad 1: «Quod enim factum non est, perfectum proprie dici non potest …».   11 Cf. *infra*, p. 23,132–135.   12 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 4 (ed. 1520, I, f. 228r–vX), q. 5 (ibid., f. 229rD).   13–14 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 1 (ed. R. MACKEN, p. 35–52).   15–16 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 178,2–3; Iunt. VIII, f. 130rD; 1021b 12–13); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 138).

et mundi, quod corpus universi ex hoc est perfectum, quia non habet aliud *corpus extra*, quod tangit ipsum. Extra Deum autem sunt omnes creaturae. Ergo etc.

In oppositum est, quoniam imperfectum habet esse ab aliquo perfecto quod habet esse prius. Secundum enim quod dicit PHILOSOPHUS, XIIº Metaphysicae: «*Semina,* quia imperfecta sunt, *sunt ex aliis* | *praecedentibus perfectis. Primum* enim *non est semen; sed aliquid perfectum,* | *verbi gratia, quod hominem oportet esse ante sperma*». Deus autem habet esse non ab alio sed a se, ut habitum est supra, a quo omne aliud habet esse, ut videndum est infra. Ergo etc. Unde dicitur, | Matthaei Vº: «*Estote perfecti, sicut pater vester caelestis perfectus est*», qui est ipse Deus; et in Symbolo dicitur de Christo, quia est *perfectus Deus.*

<SOLUTIO>

Quia, ut habitum est ex praedeterminatis, ex eis quae apparent nobis in creaturis, declarantur nobis consideranda circa Deum creatorem, ut cognoscamus perfectionem divinam, et qualiter excedit perfectionem omnis creaturae, oportet hic primo videre modos perfectionis repertos in creaturis, et videre quis congruat Deo, et quis non. Et quia cognitio nostra ab imperfecto ad perfectum naturaliter procedit, et de imperfecto nata est a nobis haberi cognitio imperfecta, et de perfecto perfecta, — | in hoc enim «*secantur scientia*e, *quemadmodum et res*», ut dicitur, IIIº De anima — idcirco incipiendum est a modis imperfectionis repertae in creaturis, ut ex opposito pateant nobis modi perfectionis.

Est igitur sciendum quod ratio imperfecti est, quod ex se sit diminutum in aliquo, et ideo natum super se recipere ad|ditionem alicuius extra se, et e

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    22 D' 149$^{ra}$    23 S' 130$^{ra}$    26 G' 146$^{ra}$    36 W' 156$^{ra}$    40 K' 284$^{va}$

---

17 universi] universali T'    23 non] *sup. lin.* D'    25 supra] sed *add.* D'    26 dicitur Matthaei] dicit Matthaeus P'    26 caelestis] *add. i. m.* D'    27 perfectus est] *inv.* P'    32 et … perfectionem divinam] *iter.* S'    35 a] in Σ (*corr. s. l.*T' *om.* J'P°Y') (*scr.* K'P')    40–41 natum … ideo] *om.* (*hom.*) G'T'    40 natum] est *add.* Σ (*def.* G'T')

---

16–18 ARIST., *De caelo*, I, c. 9 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 73,76–77; 278b 23–24); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 28); cf. *infra*, p. 30,321.    20–21 Cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 11).    21–24 ARIST., *Metaph.*, XII, c. 7 (Transl. arabo-lat., ed. Iunt. VIII, f. 323rF, 1073a 1–3); cf. etiam THOMAS DE AQ., *In Metaph.*, XII, lectio 8, n. 2545 (ed. Torino-Roma, p. 595a).    24–25 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 5 (ed. 1520, I, f. 128v–129v).    25 Cf. *infra*, p. 38,67–71.    26–27 *Matth.*, V, 48.    27–28 ANON., *Symbolum* «*Quicumque*» (quod dicitur *Athanasianum*) (ed. H. DENZINGER-A. SCHOENMETZER, 1965, nr. 76).    30–32 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 1 (ed. R. MACKEN, p. 30,29–32,84).    36–37 ARIST., *De an.*, III, c. 8 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. CL. STROICK, p. 223,72; 431b 24–25; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 503,2–3; Iunt. Suppl. II, f. 187vE), ad litteram ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 6, 162).

contrario ratio perfecti est quod in se non sit diminutum in aliquo, et ideo nec natum recipere additionem alicuius extra se in quantum huiusmodi. Hinc dicit AUGUSTINUS, libro De natura et gratia: «Ibi *est summa perfectio,* ubi *nihil additur*», et I$^{o}$ Soliloquiorum: «*Summa plenitudo* est, *ubi nihil deest*».

Circa modos igitur imperfecti et per consequens perfecti advertendum quod imperfectum, quia potest recipere additionem, aut est susceptibile additionis intra se in simplicitate naturae suae et essentiae, vel extra simplicitatem naturae et essentiae suae.

Primo modo est imperfectum omne quod intensionem capere potest in quantum huiusmodi, et ex opposito perfectum est illud quod in naturae suae intensione ultimatum terminum habet. Hoc modo secundum PHILOSOPHUM, V$^{o}$ Metaphysicae, «*dicitur perfectum aliquid | secundum virtutem*» et modum bonitatis suae, quando nihil aliud potest habere excessum super ipsum *secundum illud genus* naturae. Et hoc dupliciter, proprie et transumpti|ve.

Proprie, quando est perfectio secundum id quod est bonum simpliciter, «*ut dicitur* aliquis *medicus* vel *musicus perfectus, quando secundum speciem propriae virtutis* et bonitatis, scilicet medicinae vel musicae, *in nullo deficit aut diminuitur*». Et secundum COMMENTATOREM «hoc est *perfectum secundum qualitatem, quando nihil invenitur dignius eo in suo genere. Medicus enim* dicitur *perfectus, a quo nihil diminuitur ex eis quae pertinent ad actionem | medicinae, | et quo nullus medicus est perfectior*».

Transumptive vero dicitur perfectum, quando est perfectio secundum id quod est malum simpliciter, in quantum tamen in malo cadit ratio bonitatis ex ordine ad suum finem, licet secundum quid, quia non est ad finem bonum sed malum, qui non est finis | nisi secundum quid, — «*non enim omne ultimum finis, sed optimum*», ut dicitur II$^{o}$ Physicorum — et per hunc modum se-

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    53 M' 190$^{va}$    55 Scarp 679$^{b}$    61 R' 139$^{rb}$
62 A 188$^{rb}$    66 T' 183$^{rb}$

42 natum] sese *add.* Σ (nec se *add.* A" super se *add.* G'J' ex se *add.* P°Y') (*scr.* K'P'T')    48–49 vel … essentiae] *om.* (*hom.*) A"D'G'(*add. i. m.* ?)M'S'    50 intensionem] intentionem Σ (*scr.* P°Y')    51 in] *om.* D'    52 intensione] intentionem D'J'M'S'T'W' intentione A"K'P' *om.* G' (*scr.* P°Y')    55 dupliciter] dicit Σ (*om.* K'P') (*scr.* A"J'T')    57 dicitur] *om.* D'    57 musicus] physicus A    57 perfectus] autem *add.* D'    58 propriae] suae K'P'    59 aut] vel P'    64 tamen] tantum K'P'    64 bonitatis] *om.* D'    65–66 quia … quid] *om.* (*hom.*) K'P'

42–44 AUGUST., *De natura et gratia*, c. 12 (13) (CSEL, 60, 241, 7; PL 44, 233).    44–45 AUGUST., *Solil.*, c. 1, n. 4 (PL 32, 871A).    52–55 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (in littera THOMAE DE AQ. *Comm.* V, lectio 18, n. 1035, ed. Torino-Roma, p. 271b); cf. Transl. Anon. (Media) (ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 105,14. 17; Iunt. VIII, f. 130rA; 1021b 15–16).    57–59 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 179,7–9; Iunt. VIII, f. 130rA; 1021b 16–17); cf. THOMAS DE AQ., *In Metaph.*, V, c. 16, lectio 18, n. 499 (ed. Torino-Roma, p. 271a).    59–62 AVERROES, *Metaph.*, V, comm. 21 (ed. R. PONZALLI, p. 181,43–47; Iunt. VIII, f. 130K–L).    66–67 ARIST., *Phys.*, II, c. 2 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 53,10–11; Iunt. IV, f. 75rC; in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 94,63; 194a 32–33); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 62).

cundum Philosophum Vº Metaphysicae «*dicimus mendacem perfectum et latronem perfectum, quia vocamus eos nomine bonitatis et dicimus quod est bonus latro et bonus mendax*». Unde quia perfectio est ipsius finis, quia finis est ultimum in re, finem et perfectionem transferendo a bonis ad prava quia ambo ultima sunt, dicimus quod aliquis corrumpitur perfecta corruptione et destruitur perfecta destructione, quando nihil deest aut diminuitur corruptioni et malo, sed est in ultimo corruptionis et valde malum.

Si autem sit imperfectum quia susceptibile est additionis extra simplicitatem suae essentiae, aut ergo tamquam totum partis intra se, aut tamquam pars partis supra se; primo modo imperfectum est omne totum quod deficit, aut diminuitur in aliqua parte quae ad integritatem suam requiritur. Et ex opposito «*perfectum* est *illud*» secundum Philosophum Vº Metaphysicae, | «cuius *impossibile est* accipere *aliam partem extra omnino*», et hoc dupliciter: vel in se et absolute, vel in respectu ad aliquid aliud. Primo modo, secundum Commentatorem ibidem, «*homo dicitur esse perfectus, | quando nullum membrum* illius *est extra* ipsum*, id est,* quod *non est in aliquo membr*o *diminut*us».

Secundo modo dicitur «*perfectum tempus* periodale *cuiuslibet rei* naturalis *extra quod*», secundum Philosophum, «*non est accipere tempus aliquod quod sit* illius *tempo|ris pars*». Ut enim dicit Commentator ibidem, «*tempus vitae perfectum in unoquoque ente est illud, extra quod non invenitur tempus quod sit pars illius temporis*». Et per hunc modum dicitur numerus perfectus ille, qui constat ex omnibus partibus suis aliquotis respectu omnium aliorum numerorum. Nihil enim habet extra se quod sit pars eius, vel pars suae partis, sicut habent numerus abundans et diminutus.

Si vero sit imperfectum susceptibile additionis extra simplicitatem suae essentiae, tamquam | pars partis alterius supra se ad constitu|endum totum, hoc modo imperfectum semper est illud quod alterum recipit supra se, quia est pars, et perfectum est ipsum totum ex utroque constitutum in quantum huiusmodi. «*Totum*» enim secundum Philosophum, Vº Metaphysicae,

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  79 K' 285[ra]  82 S' 130[rb]  86 G' 146[rb]  93 D' 149[rb]  93 Scarp. 680[a]

---

70 bonus latro] *inv.* D'  73 destructione] *i. m.* D'  77 est] *om.* D'  77 deficit] defuit P'  80 aliam] aliquam T'  81 aliud] *om.* G'J'K'P'  84 cuiuslibet] cuiusque K'T' cuiuscumque P'  86–87 tempus vitae] *inv.* D'  87 perfectum] *om.* D'  90 quod] non *add.* K'P'  93 alterius] *om.* K'P'

---

67–70 Arist., *Metaph.*, V, c. 16 (Transl. arabo-lat., ed. R. Ponzalli, p. 179,10–12; Iunt. VIII, f. 130rE; 1021b 19–20).  70–74 Cf. Thomas de Aq., *In Metaph.*, V, lectio 18, n. 1039 (ed. Torino-Roma, p. 272a–b).  79–80 Arist., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. Ponzalli, p. 178,1–2, Iunt. VIII, f. 130rD; 1021b 12–14).  81–83 Averroes, *Metaph.*, V, comm. 21 (ed. R. Ponzalli, p. 180,37–39; Iunt. VIII, f. 130vk).  84–86 Arist., *Metaph.*, ibid. Transl. arabo-lat. (ed. R. Ponzalli, p. 178,4–5; in Thomae de Aq. *Comm.*, V, lectio 18, n. 499, ed. Torino-Roma, p. 271a; Iunt. VIII, f. 129vM; 1021b 13–15).  86–88 Averroes, *Metaph.*, V, comm. 21 (ed. R. Ponzalli, p. 180,34–36; Iunt. VIII, f. 130vI).

«*dicitur a quo non diminuitur aliqua pars* quibus *dicitur totum*». Quod autem diminuitur, semper dicitur pars illius ex quo diminuitur. Sed ista additio par|tis super partem potest fieri, vel translatione in aliud specie vel appositione eiusdem specie.

Primo modo dupliciter: aut additione alicuius quantitativi, aut qualitativi. Primo modo linea est dimensio imperfecta respectu superficiei, et superficies respectu corporis, et solum corpus est dimensio perfecta. Ut enim dicit PHILOSOPHUS, «*magnitudo quae habet unam dimensionem* tantum, *linea est, et quae habet duas, superficies, et quae habet tres, corpus est, et post ista*m *non est magnitudo alia*», quoniam, ut dicit COMMENTATOR, «non est *mensura quarta*». Propter quod, ut dicit ibidem PHILOSOPHUS, | «*non est possibilis permutatio* corporis *ad aliud genus, sicut* est *permutatio lineae ad superficiem, superficiei ad corpus. Nam si est via ad permutationem,* | *tunc corpus non est magnitudo* perfecta, *ergo est diminuta, nam non est permutatio nisi in diminuto*». «*Perfectum enim*», ut dicit ibi COMMENTATOR, «*est quod non recipit additionem, nec fertur in aliud* genus». Secundo modo materia et omne quod est in potentia per susceptionem alicuius formae ad aliud, in quantum huiusmodi, imperfectum est, et totum compositum est perfectum. Secundum enim quod dicit PHILOSOPHUS V° Metaphysicae: «*forma complementum est, et completum est quod habet complementum*».

Si autem sit aliquid imperfectum quia receptibile est alterius supra se | in eadem specie, aut ergo hoc fit, praecedente augmento per totum, aut extensione ex aliquo eius latere Primo modo puer est imperfectus secundum quantitatem, factus autem vir est secundum quantitatem perfectus. Secundo modo linea recta in quantum ex utroque termino potest additionem recipere, imperfecta est, linea vero circularis, quia non habet terminum cui potest fieri additio, perfecta est, secundum quod dicit PHILOSOPHUS, II° Caeli et mundi: «*completum est illud, post quod non est possibile aliquam rem inveniri extra ipsum. Possibile*

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   98 P' 233vb   07 M' 190vb   09 W' 156rb   17 K' 285rb

---

05 et[1]] est Σ   07 ut] *om.* K'   07 dicit] dicitur P°R'S'W'Y'   07 ibidem Philosophus] *inv.* K'   09 ad] *om.* P'   15 completum] complementum A (*corr.* ?)   17 aliquid] *om.* D'   17 quia] quod D' qui M'R'S'W' quoniam P°Y' (*scr.* A"J'K'P'T')   18 augmento] augmentatione Σ (aug^te T') (*scr.* K'P')   18 extensione] extentione S'T' intensione P°Y' eius *add.* Σ   19 ex] in Σ   19 eius latere] *inv.* Σ (eius *om.* M')   20 Secundo] *lac.* T'   24 aliquam] aliam K'P'   24 ipsum] ipsam Σ

---

96–97 ARIST., *Metaph.*, V, c. 26 (Transl. arabo-lat., ed. R. PONZALLI, p. 212,2–3; Iunt. VIII, f. 138rA; 1023b 26–27).   03–06 ARIST., *De caelo*, I, c. 1 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 2,92–3,84; Iunt. V, f. 2rD; 268a 7–9); cf. ARIST., *Metaph.*, V, c. 13 cum AVERROIS in *Metaph.*, V, comm. 18, Iunt. VIII, f. 125rD: Nota marg.: «vide species magnitudinis I Caeli comm. 3».   06 AVERROES, *De caelo*, I, comm. 2, 4 (Iunt. V, f. 2vH, 4rD).   07–10 ARIST., *De caelo*, I, c. 1 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 6,74–76; 268b 1–3).   10–12 AVERROES, *ibid.*, comm. 4 (Iunt. V, f. 4rD).   14–16 ARIST., *Metaph.*, V, c. 24 (ed. R. PONZALLI, p. 205,9–10; Iunt. VIII, f. 136rD; 1023a 34–35).

*est autem ut addatur in linea aequali, additione sempiterna, et non est possibile ut addatur in linea circulari aliquid omnino.* Est igitur *linea rotunda stans perfecta*».

Si autem aliquid fuerit imperfectum quia susceptibile alicuius supra se extra simplicitatem naturae et essentiae suae, aut ergo est ista imperfectio propter differentem gradum naturarum, aut propter diversitatem in | natura ipsarum.

Primo modo creatura proxima | in dignitate naturae, primo principio quod Deus est, semper perfecta est respectu remotioris, et remotior imperfecta respectu superioris, quia superior aliquid addit dignitatis in esse suo super dignitatem in esse inferioris.

Secundo modo tripliciter: aut multitudine eiusdem specie diversitate individuorum, vel eiusdem genere diversitate specierum, vel diversorum genere.

Primo modo imperfectum est | quodlibet individuum quod habet aliud sibi simile in specie, sibi additum | in eadem specie, et perfectum quod continet totam suam speciem sub unico individuo, si aliquod esset tale. Et per hunc modum in Iº Caeli et mundi PHILOSOPHUS posuit mundum esse perfectum, quia secundum ipsum non posset esse alius numero. Unde dicit ibi COMMENTATOR: «*haec est causa multorum individuorum unius speciei, scilicet quod propter diminutionem non fuit natura contenta* | in *esse unius*».

Secundo modo omne corpus mundi, contentum in toto, est imperfectum et diminutum, quia habet aliud extra se quod tangit ipsum, licet sit perfectum | secundum tres dimensiones, ut dictum est. Et solum corpus universi est perfectum, quia nullum potest esse extra, quod tangit ipsum. Unde dicit PHILOSOPHUS, Iº Caeli | et mundi: «*Reliquorum corporum unumquodque secundum suam dispositionem* est in *termino complementi, quia* | *habet tres dimensiones; verum-*

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  30 Scarp. 680$^{b}$  32 A 188$^{va}$  38 S’ 130$^{va}$  39 R’ 139$^{va}$  44 P’ 234$^{ra}$  46 J’ 102$^{va}$  49 T’ 183$^{va}$  50 G’ 146$^{va}$

---

34 aliquid] *om.* S’  34 dignitatis] dignitatem S’(*sed. corr.*)W’  34 in … suo] *om.* T’  36 specie] speciei *sed corr.* D’S’  37 eiusdem] in *add.* D’  38–39 sibi simile] *inv.* K’P’  39 sibi] *om.* K’  39 additum] superadditum K’P’P°Y’  40–41 in … Philosophus] Philosophus in Iº Caeli et mundi K’P’  42 ibi] ibidem *sed corr.* S’  43 scilicet] *add.* secundum … numero *ex* p. 23,142 *sed del.* A  43 quod] *om.* Σ (*add. s. l.* Y’) (*scr.* A”G’J’K’P’T’)  44 natura contenta] *inv.* K’P’  45 omne] esse T’  45 corpus] totius Σ (totus P°S’W’ totum K’P’ corpus *add. s. l.* Y’) (*scr.* A”G’)  47 Et] sed S’  48 quod] quia K’  49 unumquodque] eorum multa *add. et del.* A  50 termino] Deo D’M’R’(?)S’W’ (*scr.* A”J’K’P’T’)  50–51 verumtamen] verumptamen (*abbrev. illeg.*) D’G’R’S’W’ verum primum P°Y’ primum M’ (*scr.* A”J’K’P’T’)

---

23–27 ARIST., *De caelo*, II, c. 4 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 125,65–68; Iunt. V, f. 110rD; 286b 18–21).  40–42 Cf. ARIST., *De caelo*, I, c. 1 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 6,80–81; 268b 8–10); cf. AVERROES, *De caelo*, I, comm. 4, (Iunt. V, f.); 4vH: «totus mundus est perfectus omnibus modis perfectionis»; cf. THOMAS DE AQ., *In Metaph.*, V, lectio 18, n. 1042 (ed. Torino-Roma, p. 272b cum referentia in Aristotelis De caelo).  42–44 AVERROES, *De caelo*, I, comm. 4 (Iunt. V, f. 4vG–H).  47 Cf. *supra*, p. 22,102–103.

*tamen est ei terminus, quem tangit aliquod corporum quod* est post ipsum et *commensurat ipsum. Fit ergo propter illud unumquodque* eorum *multa*», ubi dicit COMMENTATOR: «*Et secundum hunc modum sunt diminuta,* quae *possunt recipere ad|ditionem*, et *non sunt multa,* nisi quia sunt contingentes, *et quod invenitur* in *eis plus quam unum, est diminutum, quia si esset perfectum, sufficeret esse unum,* et *sic est in mundo*». Et hoc est quod continuo dicit PHILOSOPHUS: «*Totum autem cuius corpora ista sunt partes, est completum, non diminutum necessario*»; COMMENTATOR, «*id est, totus mundus est perfectus omnibus modis perfectionis. Est enim perfectum, secundum quod* omnes *partes eius perfectae sunt,* et *quoniam nihil continet ipsum, et non est plus uno individuo*». Et per hunc modum quilibet numerus | minor respectu maioris propter additionem est imperfectus. Propter quod dicit PHILOSOPHUS, V° Metaphysicae: «*quod diminuitur ex quantitate secundum quod est quantitas, semper dicitur pars illius ex quo diminuitur, sicut dicitur quod duo sunt pars trium*».

Tertio modo quodlibet genus praedicamenti quoad omnia quae continet, imperfectum est | in natura et essentia sua, quia extra se habet perfectionem in alio praedicamento, quam non habet ex natura et essentia sua, et perfectio opposita huic imperfectioni. Nulla creatura omnino potest esse | perfecta, immo quaelibet est imperfecta, quia in sua essentia non habet, quidquid perfectionis est in qualibet alia, sed eam oportet investigare in solo creatore Deo, quia in ipso solo invenitur, ut habet declarari in quaestione sequenti.

Quod ergo quaeritur, utrum Deus dicendus est esse perfectus, dicendum quod sic secundum omnes modos perfectionis praedictos, amovendo ab eis illud, quod imperfectionis eis adnexum est in creaturis, quia in eis pure et absolute perfectum nihil potest inveniri. Est ergo intelligendum quod, secundum determinationem PHILOSOPHI in V° Metaphysicae, omnes praedicti modi perfectionis ad tres reducuntur. Dicit enim ibi quod «*quae dicuntur perfecta, per se secundum hos modos dicuntur: quaedam quia non diminuitur aliquid ab eis de bonitate, neque eis est magis,* et hoc quoad primum modum, *et etiam nihil invenitur extra illa,* et hoc quoad omnes alios praeter ultimum; *et quaedam*

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 54 K’ 285[va] 61 M’ 191[ra] 66 D’ 149[va] 68 Scarp. 681[a]

---

52 commensurat] commensuratur A(… tur *s. l.*) Σ (D’ con *add. s. l.*) 52 ubi] ut T’ 57 corpora ista] *inv.* K’ 58 mundus] necessario *add.* P’ 59 perfectionis] *om. sed add. i. m.* D’ 63–64 ex … diminuitur] *om.* (*hom.*) S’ 67 alio] aliquo T’ 67 quam] quod K’ quia P’ 68 imperfectioni] imperfectionem R’S’W’ 73 praedictos] *om.* K’P’T’ praedictas A”J’ 74 est] *om.* T’ 75 absolute] per philosophum *add.* S’ 76 in] *om.* T’ 78–79 aliquid ab eis] ab eis aliquid Σ 79 neque] ne D’ 80 et[2]] hoc *add.* T’ 80–81 quaedam modo] quodam modo K’

---

48–52 ARIST., *De caelo*, I, c. 1 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 6,77–80; Iunt. V, f. 3vI; 268b 5–8). 53–56 AVERROES, *ibid.*, comm. 4 (Iunt. V, f. 4vG). 56–58 ARIST., *ibid.* (P. HOSSFELD, p. 6,80–81; Iunt. V, f. 3vK; 268b 8–9). 58–60 AVERROES, *ibid.*, comm. 4 (Iunt. V, f. 4vH). 62–64 ARIST., *Metaph.*, V, c. 25 (ed. R. PONZALLI, p. 209,3–5; Iunt. VIII, f. 137rC; 1023b 13–15). 71 Cf. *infra*, p. 38,65.

*modo universali, ita quod est in eis nobilitas in unoquoque genere, et nihil est extra illa*», et hoc quoad ultimum modum, quem, ut in sequenti quaestione patebit, Deo attribuimus.

Unde, exponendo istam ultimam clausulam, dicit COMMENTATOR, quod «*definitio eorum* quae *universaliter* dicuntur perfecta, *est talis,* quod *perfecta* | *sunt illa, quorum nihil invenitur per quod dicuntur imperfecta, in eis, aut* | *extrinsecum. Et ista est dispositio primi principii, scilicet Dei*». Et loquitur de sic perfectis | in plurali modo ponentium plures deos essentialiter, licet secundum veritatem tantum unicus sit talis, ut habitum est ex supra determinatis. Et sic ista definitio perfecte convenit soli Deo, quia in ipso solo nihil invenitur per quod dicatur imperfectum, nec in ipso, nec extra ipsum. Unde et dicit AVICENNA, IV[o] Metaphysicae, quia «*perfectum bonitate* est aliquid, quia quid*quid debet habere* de *bonitate, habet, et nihil remanet extra*».

Et per attributionem ad istum modum perfectionis dicitur ‹perfectio› in omnibus aliis quae creaturae conveniunt, secundum quod consequenter subdit PHILOSOPHUS dicens: «*Alii autem modi* sunt *secundum hunc modum: aut in faciendo aliquid tale,* scilicet quale facit primum perfectum, *aut* in *habendo,* scilicet aliquid tale quale ipse habet, *aut* in *congruendo tali, aut quia dicuntur* in *aliqua proportione, qua attribu*untur *ad illa quae dicuntur perfecta primo modo*». Ubi dicit COMMENTATOR: «*id est, alii de quibus dicitur hoc nomen perfectum, dicuntur perfecta, aut quia agunt illa quae sunt perfecta, aut quia aliquid est in eis istorum perfectorum, aut quia assimilantur eis, aut quia eis attribuuntur* | *aliquo modo attributionis*».

Deus ergo simpliciter perfectus debet dici, et primo perfectum ex se, in quo nihil invenitur imperfecti, neque in ip|so, neque extrinsecus. Neque

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    86 W' 156[va]    86 P' 234[rb]    88 K' 285[vb]    03 S' 130[vb]    05 Scarp. 681[b]

---

81 universali] unde R'(?)S'W'   81 est … eis] in eis est Σ   86 sunt … imperfecta] *om.* (*hom.*) S'   86 per quod dicuntur] *om.* K'   86 imperfecta in eis] in eis imperfecta K'   87 extrinsecum] extrinsecus K'P' intrinsecum D'   88 plurali] speciali T'   89 tantum] *om.* K'P'   89 est] *add. i. m.* K'   89 ex] ut K'P'   89–90 ista definitio] *inv.* K'P'   90 soli] *om.* K'P'   92 quia] quod K'P'   92 aliquid] et *add.* Σ (*scr.* A"J'K'P'T')   93 et] ut T'   95 aliis] aliquis M'R'S'W' alii G'   99 perfecta] aut quia agunt illa (*add. ex linea* p. 25,201 *et del.*) A aut *add.* K'   99–00 primo modo] *inv.* Σ (*scr.* A"K'P')   00 Ubi] ut D'G'M'S'W' (*scr.* A"J'K'P'T')   00–01 dicitur … perfectum] hoc nomen perfectum dicitur K'   01 dicuntur perfecta] *inv.* K'   04 ex se] ipse S'

---

76–82 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 180,22–25; Iunt. VIII, f. 130vG–H; 1021b 30–1022a 1); THOMAS DE AQ. *Comm.*, V, lectio 18, n. 1033 (Torino-Roma, p. 271) enumerat tres modos perfectionis.   82 Cf. *supra*, p. 24,165–171.   82–83 Cf. *infra*, p. 38,65.   84–87 AVERROES, *Metaph.*, V, comm. 21 (ed. R. PONZALLI, p. 182,76–79; Iunt. VIII, f. 131rB).   89 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 2 (ed. 1520, I, f. 149vO).   91–93 AVICENNA, *Metaph.*, IV, c. 3 (ed. S. VAN RIET, p. 24,81–82).   95–00 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 180,26–28 una cum Transl. Moerbekana (in THOMAE DE AQ. *Comm.* V, lectio 18, n. 502, ed. Torino.Roma, p. 271b); Iunt. VIII, f. 130vH; 1022a 1–3).   00–03 AVERROES, *ibid.* (ed. R. PONZALLI, p. 183,83–86; Iunt. VIII, f. 131rC).

in ipso, propter omnes | modos perfectionis praeter ultimum, qui conveniunt creaturis, neque | extrinsecus propter ultimum modum quem nulla creatura attingit, quia in qualibet invenitur aliquid imperfecti, quia non habet in sua essentia id perfectionis, quod habet extrinsecus alia creatura, sicut habet Deus, ut infra videbitur.

Est igitur Deus perfectus secundum primum praedictorum modorum perfectionis, quia nihil diminuitur in eo de bonitate, neque est aliquid eo in bonitate magis, et hoc propter eius infinitatem, ut infra videbitur. Sed aliter quam in creaturis dicuntur aliqua perfecta primo modo. In illis enim | quod perfectum est, compositum est ex imperfecto et perfectione, cui convenit ille modus perfectionis, quoniam, ut dicit PHILOSOPHUS: «*virtus est quaedam perfectio. Quodlibet enim* dicitur *perfectum, quando secundum speciem propriae virtutis in nulla deficit parte*». Et haec est bonitas cuiuslibet rei substantialis, qua perficitur in suo esse et habet operationem perfectam debitam suae speciei, si, inquam, ponamus talem creaturam perfectam, eo quod nihil | diminuitur in ea de bonitate, neque etiam est aliquid eo in bonitate magis quantum ad naturam suae speciei; talis enim perfectio nata est esse in qualibet specie creaturae. Est tamen aliquid eo in bonitate magis simpliciter extra suam speciem, in quantum quaelibet creatura inferior habet supra se creaturam secundum gradum naturae quae est in bonitate magis, ut patet in | octavo modo perfectionis praedicto, vel ad minus in quantum supra quamlibet creaturam est ipse Deus. Deficit etiam, quia multas perfec|tiones accidentales nata est talis natura in se recipere, non Deus. Unde dicit AVICENNA, VIII° M e t a p h y s i c a e: «*Necesse esse est perfectum esse. Nam nihil | deest sibi de suo esse et de perfectionibus sui esse, nec aliquid generis sui esse egreditur ab esse eius ad aliud a se, sicut egreditur ab alio a se, verbi gratia ab homine. Multa enim de perfectionibus sui esse desunt unicuique*

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  06 A 188vb  07 G' 146va  14 M' 191rb  20 R' 139vb  25 K' 286ra  27 T' 183vb  29 P' 234va

---

06 conveniunt] convenit Σ (*scr.* J')  09 essentia] *om.* D'  11 primum] perfectum *add. et del.* K'  11–12 perfectionis] perfectione K'  15 imperfecto] perfecto K'P'  15 modus] perfectus *add. et del.* D'  16 quoniam … perfectio] *om.* (*hom.*) D'  17 propriae] suae K'P'  18 deficit] ex *add.* D'M'R'S'W' ex parte *om.* G'P°Y' (*scr.* A"J'K'P'T')  20 ea] eo Σ (*scr.* Y')  21 eo in] in eo de W'  21 bonitate magis] magis in bonitate D'  21 quantum] in quantum T'  22–23 aliquid] in *add.* J'K'M'P'  23 bonitate magis] *inv.* D'  24 creaturam] creaturas P'  25 praedicto] perfect? D'  27 non] est *add.* Σ (sic autem non est *add.* G' illud non est *add.* J')  28 esse] *om.* Σ (*add. i. m.* A" est esse J') (*scr.* T')  30 ad] aliquid S' aliud W' et G'  30 aliud] esse *add. et del.* K'

---

10 Cf. *infra*, p. 29,305–307.  11 Cf. *supra*, p. 21,81.  13 Cf. *infra*, p. 74,83–86.  16–18 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (Transl. Anon. (Media), ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 105,23–25; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, V, lectio 18, n. 499, ed. Torino-Roma, p. 271; Iunt. VIII, f. 130rA; 1021b 21–23); ARIST., *Phys.* VII, c. 3 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 266,12–14; Iunt. IV, f. 320vG, cum AVERROIS comm. 18, Iunt. IV, f. 320vI); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 198); cf. ARIST., *Eth. Nic.*, II, c. 5 (1106a 15–16; V, c. 3; 1129b 26).  25 Cf. *supra*, p. 23,138–140.

*homini, et etiam sua humanitas invenitur in alio a se*». Quod pertinet etiam ad quartum modum perfectionis in Deo.

Similiter aliter quam in creaturis, Deus est perfectus secundo modo perfectionis, quia nihil sui est extra ipsum, neque est in aliquo diminutus, quia est simplex et purum esse. In quo deficiunt a perfectione composita ex partibus quantitativis, quamvis nihil | sui habent extra, neque sit in eis aliquid diminutum.

Similiter est perfectus sine omni imperfectione tertio modo, quia propter simplicitatem et intransmutabilitatem suum esse non potest ferri in aliud. Nec habet ipsum per compositionem aut translationem, sicut habet corpus, quod magnae perfectionis est in eo |.

Similiter est perfectus quarto modo, sine omni imperfectione, quia non est omnino in potentia sed est actus purus, ut habitum est supra. Unumquodque enim perfectum est in quantum est ens in actu, et imperfectum in quantum est in potentia cum privatione actus. Igitur compositum quod fit ex potentia et actu, licet ratione actus habet quod sit perfectum, ratione tamen potentiae aliquid imperfectionis habet adiunctum.

Unde peccabant quidam ex antiquis philosophis, qui primum principium quod Deus est, dixerunt esse primum principium materiale, ut dicitur XII[o] Metaphysicae, et expositum est supra. Et propter hoc dixerunt quod «esse optimum et perfectissimum non potuit attribui principio, sed ei quod procedit ex principio». Hoc enim necessarium est de primo principio materiali, quia est imperfectissimum | necessario, cum sit maxime in potentia et minime ens, sed proxima non enti, quasi media <materia> inter ens actu quoquo modo et non ens, ut tactum est aliquantulum supra, et magis declarandum est loquendo de materia. Non autem est verum de primo principio efficiente quale

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    37 D' 149[vb]    41 Scarp. 682[a]    53 W' 156[vb]

---

34 est perfectus] *inv.* K'P'  35 sui est] *inv.* D'  35 est] *om. sed add. i. m.* R'  36 composita] *conf.* D'P°R'T'W'  37 aliquid] quid K'  39 non] *sup. lin.* D'  40 habet] nec *add. et del.* K'  40 sicut] sic K'P'  41 eo] Deo *add. et del.* K'  44 est[1]] ens *add.* T'  45 quod] cum T'  48 quidam] multi quidam G'K'M'P'R'T'W' multi quidem A"D'J'S' multi P°Y'  48 primum] hoc K'P'  49 esse] *om.* K'P'T'  52 enim] *om.* D'  54 sed] ex S'  56 est verum] *inv.* D'  56 de primo principio efficiente] principio efficiente primo K'P'

---

27–32 AVICENNA, *Metaph.*, VIII, c. 16 (ed. S. VAN RIET, p. 412,55–59).  32–33 Cf. *supra*, p. 22,112–114.  34–35 Cf. *supra*, p. 21,84.  38 Cf. *supra*, p. 22,102–103.  43 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 28, q. 6 (ed. 1520, I, f. 169vJ).  49–50 ARIST., *Metaph.*, XII, c. 7 (Transl. Anon. (Media), ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 214,21–215,2; Iunt. VIII, f. 323eF; 1072b 28–35 in sententia THOMAE DE AQ., *In Metaph. XII Comm.*, lectio 8, n. 2545, ed. Torino-Roma, p. 595a).  50 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 28, q. 1 (ed. 1520, I, f. 155r–v); art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 44,35–43); cf. *infra*, p. 72,31–73,35; THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 7, a. 1.  54–55 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 2 (ed. 1520, I, f. 172rK); *ibid.*, f. 171vI: «… materia secundum Augustinum est prope nihil, et secundum Platonem media inter ens et non ens»; cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 213): «Essentia materiae est medium inter esse in actu et non esse in actu».  55–56 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI).

est Deus, quale non viderunt illi, sed solum principium materiale, quale non potest esse Deus, ut habitum est supra. Sicut enim prima materia per hoc quod est subiectum ultimum, maxime est in potentia et imperfectissimum, sic primum agens, quia est primum movens, maxime debet esse in actu, et ideo perfectissimum, | ita quod impossibile sit aliquid esse perfectius eo. Cum enim nihil agit, nisi secundum quod est in actu, et ita | actio sequitur modum actus in agente, impossibile | est productum per actionem esse in nobi|liori actu quam | sit agens, et si sit in aequali, sicut est Filius cum Patre, si reducamus omnes alias actiones quascumque ad actiones personales in divinis, et illas ad actionem primam qua Pater producit Verbum, sicut necesse est reduci, ut infra videbitur. Quomodo autem non potest in aequali actu sed necessario in inferiori et imperfectiori producere aliquid in creaturis extra suam | substantiam, patebit loquendo de creaturis, quomodo etiam imperfectum ens et in potentia non potest esse primum simpliciter, sed necesse est ut perfectum praecedat imperfectum, et imperfectum sit a perfecto, ut habitum est supra.

Similiter Deus est perfectus sine omni imperfectione ad similitudinem quinti modi, quia in virtute essentiae et naturae augmentum non recipit, nec ex imperfecto ad perfectum per transmutationem et alicuius appositionem devenit.

Similiter est perfectus iuxta sextum modum, propter circulum infinitatis suae, non est tamen in se ex partibus finitis compositum, sicut com|positus est circulus.

Similiter iuxta septimum modum solus Deus verissime dicitur perfectus sine omni imperfectione, quia ipse sine gradu dignitatis naturae in suo esse omnem gradum creaturae transcendit, in qua imperfectionis est et defectus, quia in dignitate sui esse limitationem habet et gradum. Et ex hoc patebit

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y' 61 K’ $286^{rb}$ 62 G’ $147^{ra}$ 63 S’ $131^{ra}$ 63 J’ $102^{vb}$ 64 M’ $191^{va}$ 68 P’ $234^{vb}$ 77 Scarp. $682^{b}$

---

57 est Deus] Deus est K’P’ 57 quale$^{2}$] qualem Σ (*scr.* K’P’) 57 viderunt] vident Σ (*scr.* A”G’J’K’P’P°Y’) 64 quam] *om.* S’ 64 si sit] si sic D’K’P’T’ si sicut M’S’W’ si sint G’ R’ sicut A” sic sint P°Y’(?) *illeg.* J’ 64 in aequali] de quali T’ 66 actionem] actiones *sed corr.* K’P’ 68 in$^{2}$] *om.* Σ (*scr.* J’K’P’T’) 68–69 in … substantiam] extra suam substantiam in creaturis P’ 69 patebit … creaturis] *om.* K’P’ 70 non … simpliciter] *iter.* P’ 70 est] *om.* S’ 71 et] *om.* Σ (*add. sup. lin.* Y’ et quod G’) (*scr.* J’K’P’T’) 71 ut] *om.* Σ (*add. sup. lin.* G’) 77 tamen] *om. sed add. i. m.* D’ 77 sicut] conceptus *add. et corr. in* compositus S’ 80 omni] *om.* Σ (*scr.* J’K’P’T’) 80 sine] omni *add. et del.* K’ 80 suo] suae *sed corr.* K’P’ 81 gradum] *om.* K’

---

58 Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 2 (ed. 1520, I, f. 172rK); cf. Thomas de Aq., *Summa theol.*, Ia, q. 4, a. 1. 67 Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 58, q. 1 art. 73, q. 3, ad 1 (ed. 1520, II, f. 124rI, 269vN). 69 Cf. Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. Macken, p. XLV–XLVI). Cf. etiam Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 73, q. 3, ad 1 (ed. 1520, II, f. 269vN). 71–72 Cf. *supra*, p. 19,34–36, cf. Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 2, ad 3 (ed. 1520, I, f. 150vV–151r). 73–74 Cf. *supra*, p. 22,119–120. 76–77 Cf. *supra*, p. 22,120–122. 79–80 Cf. *supra*, p. 23,132–135.

in sequenti quaestione, quomodo Deus est | perfectus perfectionibus omnibus omnium creaturarum.

Similiter iuxta modum octavum solus Deus vere perfectus est sine omni imperfectione adnexa, quia, ut habitum est ex praedeterminatis, ipse unicus est secundum numerum, ita quod non possit esse Deus alius, numero differens ab ipso. Creatura autem aliqua, et si unica sit in una specie, ut propter perfectionem eius in unico individuo sit contenta, et hoc quia in natura illius individui perpetua est et incorruptibilis, — propter quod plura sunt individua sibi succedentia propter continuam generationem in corruptibilibus, ut «quod in uno perpetuari non possit, perpetuetur in pluribus», ut dicit PHILOSOPHUS, IIº De anima, — nulla tamen species creaturae est, quae quantum est de se, apta sit non plurificari per plura individua, sicut patebit infra, loquendo de universali. Et illud est imperfectionis in quolibet individuo, quia totam | capacitatem speciei in se non terminat, secundum quod de hoc modo perfectionis, et praecedenti et sequenti simul, | dicit AVICENNA, VIIIº Metaphysicae: «*Necesse esse est perfectum esse; nam nihil deest sibi de suo esse et de perfectionibus sui esse, nec aliquid generis sui esse egreditur ab esse eius ad aliud a se, sicut egreditur ab alio a se, verbi gratia ab homine. Multa enim de perfectionibus sui esse desunt unicuique homini et etiam sua humanitas invenitur in alio a se. Sed necesse esse est plus quam perfectum, quia ipsum esse | quod est ei, non est ei tantum, immo etiam omne esse est exuberans ab esse eius et est eius et fluit ab illo*» (de eodem, libro IVº, cap. 22º).

Similiter iuxta nonum modum solus Deus vere perfectus est sine omni imperfectione adnexa, quia extra ipsum nihil est quod non habet verius esse in ipso, quam in se extra ipsum, ita quod omnino nihil potest esse extra ipsum, quod non sit in ipso, «*quia omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*», Ioannis Iº sicut etiam habet declarari loquendo de exitu creaturarum

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 83 A $189^{ra}$ 95 R' $140^{ra}$ 97 K' $286^{va}$ 02 T' $184^{ra}$

---

87 numero differens] *inv.* D' 88 unica sit] *inv.* Σ (*scr.* K'P') 88 sit] specie *add. et del.* K' 88 propter] speciem *add. et del.* S' 89–90 perpetua est] sit perpetua K'P' 93 quantum] in quantum Σ 96 praecedenti] praecedente Σ (*scr.* M'S'T') 97 sequenti] sequente K'P' 00 a se] esse K' (*del. et add.* a se) S' 02 est ei] *inv.* D' 02–03 non … ei] *om.* K' (*hom.*) 03 esse eius] *inv.* D' 08 quod] quae K'P'

---

82–83 Cf. *infra*, p. 38,65. 85–86 Cf. *supra*, p. 23,138–140. 86–88 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 2 (ed. 1520, I, f. 159vO). 91–93 ARIST., *De an.*, II, c. 4 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. CL. STROICK, p. 83,66–69; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 183,3–10; 415b 3–7; ANON., *Auct. Arist.*, ed. J. HAMESSE, 6, 58). Cf. AVERROES, *De caelo*, I, comm. 4, (Iunt. V, f. 4v: nota marginalis: «Pluralitas individuorum in eadem specie diminutionem arguet; vide 2º De anima. Idem hic infra Comm. 98: Totus mundus est perfectus omnibus modis perfectionis»). 94 Cf. *infra*, p. 52,39–53,40. 97–04 AVICENNA, *Metaph.*, VIII, c. 6 (ed. S. VAN RIET, p. 412,55–61). 04 ID., *ibid.*, IV, c. 3 (ed. S. VAN RIET, p. 216,23–25). 05–06 Cf. *supra*, p. 23,145–147. 08–09 *Ioann.*, I, 3.

in esse. Si | autem | esset tale aliquid extra ipsum, quod non esset ab ipso, neque verius in ipso quam in semetipso, hoc magnae imperfectionis esset in ipso, sicut secundum PHILOSOPHUM imperfectionis est in quolibet corpore in universo, quod sit cum ipso aliud corpus tangens ipsum, quod non est ab ipso neque | per essentiam in ipso. Sed quod multa sunt extra ipsum, quae sunt in ipso et verius quam in se sunt in ipso, hoc ex magna perfectione procedit in ipso, et esset magnae imperfectionis, si non possent esse ab ipso extra ipsum, licet per suum esse ab ipso nullam perfectionem apponunt ipsi, ut | exponendum est loquendo | de creaturis.

Nunc autem, etsi non sit aliud corpus extra corpus universi huius continens ipsum et quoad hoc corpus universi est perfectius quolibet corpore contento ab ipso, ut posuit | PHILOSOPHUS, et bene, quia tamen posset esse aliud corpus extra ipsum, continens ipsum, ut caelum maioris ambitus extra ultimum caelum quod modo est ultimum continens ipsum, quod essentialiter esset extra ipsum et non ab ipso, sed solum a divina potentia infinita hoc agente, quod PHILOSOPHUS non sentiebat, immo contrarium sentiebat, et male, idcirco quoad hoc corpus universi cum sua | perfectione, quam dedit ei PHILOSOPHUS, magna imperfectio est ei adnexa, quam non vidit.

Iuxta decimum vero modum, solus Deus ita perfectus est, quod in illa perfectione nulla creatura ei in aliquo participat. Nulla enim creatura alterius naturae perfectionem propriam habet in se, sicut Deus habet | perfectiones proprias omnium creaturarum, ut in sequenti quaestione patebit. Unde dicit DIONYSIUS, XIII[o] cap. De divinis nominibus: «*Theologia de omnium causa* omni, *et simul omnia praedicat, et ut perfectum* et *solum. Perfectum ergo est, non solum ut per se ipsum perfectum, et totum per totum perfectissimum, sed* ut *plus quam perfect*issim*um, secundum omnium excellentiam, et omnem* quam *multitudinem terminans omni*um *summitati superexpansum, et a nullo*

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y' 10 D’ 150[ra] 10 P’ 235[ra] 14 Scarp. 683[a] 17 M’ 191[vb] 18 G’ 147[rb] 21 W’ 157[ra] 26 S’ 131[rb] 30 K’ 286[vb]

---

13 aliud] ad M’P°S’W’(?) 14 neque … ipso] *om.* (*hom.*) K’ 17 esse] per *add. et del.* D’ 19 extra corpus] *om.* T’ 22 ipsum[1]] contingens *add. et del.* S’ 23 ultimum] caelum *add. et del.* S’ 25 immo] sed *corr. i. m.* D’ 27 quam … vidit] *om.* K’ 27 vidit] habuit R’ 28 illa] sua A”K’(*corr.* ?)M’S’(*corr.*)Y’ 31 omnium] ut K’P’ 32 omnium] omni Σ (et *add. et del.*D’) 33 omni] omnia A (*sed corr. in* omni) Σ 34 est non] *inv.* D’ 35 sed … perfectissimum] *om.* (*hom.*) S’P°Y’

---

09–10 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI). 12–14 ARIST., *De caelo*, I, c. 2, in ALBERTI M. *Comm.* (ed. P. HOSSFELD, p. 6,75–76; Iunt. V, f. 3vM; 268b 2–4). 17–18 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI). 19–21 ARIST., *De caelo*, I, c. 9 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 73,77 et p. 74,72; Iunt. V, f. 65rD, 66rC; 278b 23–24, 279a 4–8); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 28). 24–27 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* XIII, q. 3 (ed. J. DECORTE, p. 14–19): «Utrum Deus possit facere corpus aliquod extra caelum, quod non tangat caelum». 28 Cf. *supra*, p. 24,165–171. 31 Cf. *infra*, p. 38,65.

*locatum aut comprehensum, sed extensum in omnia simul, et super omnia*». Et ideo dicit AVICENNA, VIIIº Metaphysicae: «*Necesse esse est plus quam perfectum, quia ipsum esse quod est ei, non est ei tantum, immo etiam omne esse est exuberans ab eius esse, et est eius et fluit ab illo*».

Quod etiam alias perfectiones habeat secundum alios modos praecedentes, hoc est participatione perfectionis huius secundum aliquem gradum attributionis, ut dictum est secundum PHILOSOPHUM. Omnes enim alii modi perfectionis qui creaturis conveniunt, ab isto descendunt et in istum reducuntur tamquam in illo, qui habet in se rationes omnium modorum perfectionis sine omni ratione imperfectionis adnexa.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, quod «Deus non est perfectus, quia non est factus», dicendum quod, si aspiciamus ad originem nominis quantum ad rationem impositionis, Deus perfectus dici non potest, quia, ut procedit argumentum quantum ad nominis impositio|nem, perfectum dicitur aliquid, quia ad plenum factum, ut praepositio illa ‘per’ in compositione significatum factionis augeat, nec | mutet, nec minuat. Et sic quantum ad proprietatem nominis, quod factum non est, perfectum dici non potest. Cum enim aliquid ducitur de potentia in actum et de non esse in esse, tunc fit et quodam modo factum est, quia secundum PHILOSOPHUM, | VIº Physicorum, «in quolibet fieri sunt infinita facta esse». Cum vero per tale fieri ad plenum et ultimate factum est in actu, ad quod erat prius in potentia, tunc recte secundum no-

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 51 Scarp. $683^{b}$ 53 P’ $235^{rb}$ 56 A $189^{rb}$

---

37 extensum] extentum A”G’M’S’W’Y’ contentum D’ 37 simul] similiter K’P’ 39 non … ei] *om.* (*hom.*) S’ 40 illo] ipso K’P’ 41 alias] *sup. lin.* D’ 44 qui] quae A Σ (*scr.* G’Y’) in *add.* Σ (*om.* G’J’K’P’T’) 49 factus] perfectus G’R’ effectus J’ 51 nominis] expositionem *add. et del.* K’ 51 impositionem] *iter.* D’ 52 plenum] plenam *sed corr.* S’ 52 factum] perfectum *sed corr.* D’ 52 compositione] compositionem *sed corr.* K’ 54 aliquid] de *add. et del.* S’ dicitur *add. et del. K’* 55 in] ad K’P’ 57 facta] *om.* A

---

31–37 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 13, §1 (PL 122, 1169B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 13, lectio 1, n. 435–438, p. 358–359; *Dionysiaca*, I, p. 537–539; PG 3, 977B). 38–40 AVICENNA, *Metaph.*, VIII, c. 6 (ed. S. VAN RIET, p. 412,59–61). 43 Cf. ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 in THOMAE DE AQ. *Comm.* V, lectio 18, n. 1033 (Torino-Roma, p. 271a; 1021b 12–1022a 3). 48–49 Cf. *supra*, p. 18,5. 56–57 ARIST. *Phys.*, VI, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 241,18–20; Iunt. IV, f. 284rB; 237b 9–11); cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* V, q. 11 (ed. 1518, I, f. 168vB–170vS): «Utrum esse cuiuslibet creaturae sit in continuo fieri, an simul et in facto esse»; cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in VIII libros Physicorum*, VI, q. 35 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 175vb): «Utrum impossibile sit fieri quod impossibile est factum esse»; cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 36, 110).

minis proprietatem dicitur perfectum, quasi plene et totaliter factum, potentia totaliter ad actum deducta quantum est possibile, nihil remanendo de non esse.

Si vero inspiciamus ad naturam rei cui hoc nomen ‹perfectum› imponitur, cuiusmodi est actus completus ut actus est absolute, non ut alicui potentiae admixtus, qui verissime habet esse in Deo, ut probatum est supra, et ut dicit DIONYSIUS, XIII$^{o}$ cap. De divinis nominibus; «*perfectum dicitur velut non auctum, et semper perfectum et ut indiminutum,* | *ut omnia in se ipso superans, secundum eandem superplenam et non minoratam largita|tem, per quam perfecta* sunt, *omnia perficit et propria replet perfectione*». Hoc ergo modo Deus propriissime dicitur esse perfectus, et crea|tura secundario. Et ex consequenti per quandam attributionem nomine perfecti dic<t>o analogice de actualitate esse Creatoris et creaturae, ut perfectum in communitate analogica acceptum non solum | nominet existens in actu completo quod fiendo pervenit ad ipsum, sed etiam illud quod ex se, sine fieri praecedente, habet actum completum, quia ex se est necesse esse.

Et hoc contingit saepius in creaturis, quod illud quod prius est significatum sub nomine quantum ad nominis famositatem et proprietatem impositionis, posterius est sub ipso quantum ad veritatem rei. Et e converso in eis | quae communiter conveniunt Creatori et creaturae, contingit semper, quia nomina a nobis non sunt primo imposita, nisi repertis in creaturis tamquam nobis nota magis «non enim imponit nomen, nisi qui novit rem» secundum COMMENTATOREM super | VII$^{o}$ Metaphysicae, consequenter autem, cognito ex creaturis | quia perfectius habent esse in Creatore quae cognovimus in creaturis, nomina imposita creaturis transferimus ad significandum ea, quae advertimus esse in Creatore. Quod non potest

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y'   66 J’ $103^{ra}$   67 K’ $287^{ra}$   69 R’ $140^{rb}$   72 M’ $192^{ra}$   78 G’ $147^{va}$   81 D’ $150^{rb}$   82 T’ $184^{rb}$

---

59–60 factum … totaliter] *om.* (*hom.*) D’   60 nihil] est *add.* S’   62 perfectum] *om.* D’   63 cuiusmodi] cuius Σ   66 auctum] actum G’(*corr.*)T’ autem A”M’W’   66–67 superans] superius D’R’W’   67 quam] facta sunt omnia *add. et del.* K’   68 perfecta] facta J’P’(*corr.*)   69 dicitur esse] est K’   69 dicitur] *om.* P’   71 Creatoris et creaturae] creaturae et Creatoris K’   71–72 in … solum] *om.* T’   72 actu] per *add. et del.* T’   73 illud] id J’K’P’T’   75 illud] idem Σ   78 creaturae] et *add.* S’   78 contingit] conveniunt W’   79 a … sunt] non sunt a nobis Σ (non *om.* G’)   79 primo imposita] *inv.* K’P’   80 nota] notis A Σ (*om.* G’ *scr.* J’)   81 VII$^{o}$] V$^{o}$ *corr. s. l.* A

---

64 Cf. *supra*, p. 27,242–243, cf. HENR. DE GAND, *Summa (Quaest. ord.)*, art 28, q. 6 (ed. 1520, I, f. 169vI).   64–68 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, XIII, §1 (PL 122, 1169B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 13, lectio 1, p. 358–359; *Dionysiaca*, I, p. 539–540; PG 3, 977B).   75–77 De significatione «prius et posterius» cf. AVICENNA, *Metaph.*, IV, c. 1 (ed. S. VAN RIET, p. 184–193: «Capitulum de priore et posteriore et inceptione»).   80–81 AVERROES, *Metaph.*, VII, comm. 54 (Iunt. VIII, f. 202vM); etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 197); cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 4 (ed. R. MACKEN, p. 64).

esse sine aliqua nominis improprietate, quantum est ex ratione impositionis, propter quod dicit GREGORIUS, quod «*balbutiendo ut possumus, excelsa Dei resonamus*». Unde idem, loquens de hoc nomine ‹perfectum› circa Deum, XXIXº Moralium in principio ait: «*Hoc ipso quod perfectum dicimus, multum ab illius veritatis expres|sione deviamus, quia quod factum non est, non potest dici perfectum, et tamen infirmitatis nostrae verbis | Dominus condescendens ait: ‹Estote perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est*›».

Ad secundum, quod «Deus, quia est purum esse et recipit supra se | rationes omnis perfectionis, debet esse summe imperfectum», dicendum quod tam in Creatore quam in creatura esse potest considerari respectu essentiae rei, vel respectu attributorum essentiae, et utroque modo esse propriissime Deo convenit inter omnia ei attributa | et de eo praedicata: maxime enim exprimit rationem actus ex suo nomine. Omnia autem alia, ut essentia, vita, sapientia, et cetera huiusmodi, magis exprimunt divinum esse in ratione habitus. Unde, cum esse, essentia, vita, sapientia et huiusmodi, id ipsum re in Deo nominant, sub differenti ratione esse primo ei attribuendo, ut dicatur essentia ab esse, non autem esse ab essentia, cuius ratio primo convenit Deo post rationem esse, et dehinc ulterius rationes aliorum per ordinem secundum rationem nostram intelligendi, ut infra videbitur, non ut determinantia et contrahen|tia esse Dei, — sic enim esse esset ratio summe imperfecta in Deo et Deus summe imperfectus, in quantum non est nisi esse, — sed ut explicantia propriis rationibus quae esse continet in se in actu perfecto sub ratione essendi communi, — nominat enim essentia divinam naturam in quantum esse est ei actus, qui est esse absolute, vita vero nominat eandem in quantum esse est actus eius qui est vivere, sapientia in quantum esse est actus eius qui est sapere, et sic de aliis, — et sic omnis

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 89 Scarp. 684[a] 90 W’ 157[rb] 93 P’ 235[va] 97 S’ 131[va] 04 K’ 287[rb]

85 ratione] nominis *add.* A”D’(*sed del.*)R’S’W’ 86 Gregorius] Augustinus T’ 87 resonamus] *iter.* et *del.* T’ 87 circa] esse Σ (*scr.* J’K’P’) 88 perfectum] est *add.* K’T’ 90 Dominus] Deus K’P’ 91 condescendens] cum descendens A”M’T’W’ 93 secundum] sciendum *add.* K’P’ 94 rationes] ratione S’W’ *om.* G’ omnes *add.* K’ 94 summe] in nomine Σ (maxime G’) (*scr.* J’K’P’T’) 96 et] *om.* S’ 97 ei] enim Σ 97 enim] esse G’K’P’ *om.* J’ 98 autem] enim K’P’ 99 ratione] rationibus D’ 01–02 ab … essentia] *om.* (*hom.*) D’ 02 ratio] ratione *sed corr. in* ratio S’ est ratio quia J’ 04 non] et ideo A”D’J’R’S’ et non G’M’P°W’Y’ (*scr.* K’P’T’) 04 determinantia] determinantur G’M’W’ determinavit J’ 05 ratio] non K’P’ ut J’ 05 summe] perfecte *add. et del.* K’ 05 imperfecta] perfecta Σ (*corr.* Y’ perfectum K’ perfectam P’) (*scr.* G’J’) 05 imperfectus] perfectus *sed add. s. l.* in S’ 06 ut] *om. sed add. s. l.* T’ 06 propriis rationibus] *inv.* K’P’ 08 essentia] essentiam P’ 09–10 vivere … est[2]] *om.* (*hom.*) P’ 10 est[2]] vivere … est *add. ex lin.* p. 33,409–410 J’K’

86–87 THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 4, a. 1 ad 1; GREGORIUS I, *Moralia*, V, c. 36 (CC lat. 143A, 264; PL 75, 715C). 87–92 GREGORIUS I, *Moralia*, XXIX, c. 1 (CC lat. 143B, 1434; PL 76, 471B); cf. *Matth.*, V, 48. Etiam hunc locum allegat Thomas de Aq. ibidem partim, sed sine nomine auctoris et operis. 93–94 Cf. *supra*, p. 18,8–9. 04 Cf. *infra*, p. 41,144–148.

actus in Deo sub esse actu includitur et est id quod comparatur ad omnia divina attributa, ut actus eorum et forma. Et sic comparatur ad alia, non ut recipiens ad recepta et materiale ad formale, sicut procedit ratio, sed magis ut formale receptum ad recipientia, quae actualitatem suam in eo et ab eo habent ex receptione, et id quod sunt, ut omnia quae significantur in Deo ut habitus, sicut essentia, vita, sapientia et huiusmodi, secundum rationem intelligendi intelligantur denominari ab esse puro, essentia in quantum esse simpliciter, vita in quantum esse est vivere, sapientia in quantum esse est sapere, et sic de aliis, quasi omnia procederent in Deo ab esse, sicut si lucere procederet a luce; et hoc quia propriissimum est Deo actualitas.

E converso autem contingit in creaturis, quod actus intelligendi procedit ab habitu, ut ab essentia esse, et a sapientia sapere, sicut a luce lucere, et hoc quia creaturae non est ex se esse in actu, et ideo secundum rationem nostram intelligendi primo habet a Deo quod sit essentia et esse, quia est essentia sicut sapere, quia habet sapientiam. | Et propter hoc in creatu|ris ratio esse, quod procedit | ab essentia sua, non includit in se rationem cuiuslibet alterius actus, sicut neque essentia cuiuslibet alterius habitus includit. Immo sicut essentia differt re in creatura a sapientia, sic esse procedens ab essentia differt ab esse quod procedit a sapientia, ut ipsa in se est quaedam essentia, et multo fortius ab eius actu secundo, qui est sapere, et sicut sapientia per additionem se habet ad essentiam, sic esse huius ad illud esse.

Et hoc esse substantiale in creaturis comparatur ad solam essentiam ut forma|le et actuale receptum in ea, non causando eam, sed magis causatum ab ea, e contrario eius quod dictum est | de essentia et esse in Deo, ad alia autem attributa accidentalia essentiae ut incompletum | recipiens ea et determinatum per esse eorum. In quantum enim quodlibet illorum est natura quaedam et essentia, in se actus cuiuslibet illorum est esse quoddam, sed accidentale essentiae substantiali et eius esse, quod quidem esse accidentale ut actus et forma est respectu essentiae illorum attributorum.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 25 M’ $192^{rb}$ 25 Scarp. $684^{b}$ 26 A $189^{va}$ 33 G’ $147^{vb}$ 34 P’ $235^{vb}$ 35 K’ $287^{va}$

---

11 id] illud Σ (*scr.* K’P’T’) 12 alia] omnia G’T’ 14 actualitatem] actuali esse S’W’ 15 ex receptione] exceptionem K’exceptione J’ 15 id] idem Σ 17 puro] ponuntur K’ 18 esse$^{1}$] *om.* D’ 19 sicut] *om.* W’ 19 si] *om.* S’ 20 est] *om.* T’ 21 contingit] *om.* K’P’ 22 ut] et K’ procedit et P’ 22 a sapientia] *inv.* K’ 22 a$^{1}$] *om.* A Σ (*scr.* J’ *add. s. l.* Y’) 26–27 cuiuslibet … essentia] *om.* (*hom.*) P’ 27 cuiuslibet] alicuiuslibet P’ 29 ipsa] ipsum R’ ipso S’ 30 habet] per additionem *add. et del.* K’ 31 huius] huiusmodi K’ 32 esse] est T’ 32 comparatur] comparetur Σ (*scr.* G’) 32 essentiam] formalem *add.* T’ 34 est] *om.* D’ 34 ad] aliquid D’ 35 attributa] actualia *add. et del.* S’ 37 esse] *om.* D’ 38 eius esse] *inv.* K’S’ 38 quidem] quid Σ (*scr.* G’J’K’P’T’) 39 respectu] respectus *sed corr.* D’

---

13 Cf. *supra*, p. 18,8–9. 34 Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 3 (ed. 1520, I, f. 125vA–126vI).

Ut sic generaliter verum sit, sumendo esse ut commune analogum ad esse substantiale et ac|cidentale, quod esse est omnium perfectissimum, et ad omnia alia comparatur ut actus, quia nihil habet actualitatem, nisi per esse aliquod. Ut esse commune analogum sit actualitas omnium rerum et ipsarum formarum etiam tam substantialium quam accidentalium, quia comparatur ad illas non ut recipiens ad receptum, sed magis e converso, et in neutro istorum esse includuntur actus secundi attributorum ut sapere et huiusmodi, immo isti actus re differunt ab illis, et sunt formales respectu illorum. Quia tamen ipsum sapere est quoddam esse et quoddam vivere, sumendo adhuc communissime esse, ut cum esse essentiae substantiae et accidentis comprehendat, quod est agere in actu secundo, verum est generaliter quod esse super omnia formale | est, aliter tamen in Deo quam in creatura, ut dictum est, quia ibi unum et idem esse essentiae est continens omnia esse sine determinationis receptione, a quo quasi sunt essentia ipsa et attributa, ut dictum est, hic vero sunt diversa esse quorum alia determinant | alia et procedunt ab ipsis essentiis, ut dictum est.

Ad tertium, | quod «multa sunt | extra Deum, ergo non est perfectus», dicendum quod extra aliquid est aliud dupliciter: Uno modo ita, quod nullo modo habet illud aliud esse in essentia eius. Quod sic habet aliud extra se, necessario habet esse imperfectum, ut dictum est supra, quia non habet in se perfectionem illius alterius, et ita aggregatum cum ipso totum est perfectius quoddam. Alio autem modo habet aliquid esse extra | aliud ita, quod verius | habet esse in illo et essentia eius, quam in se ipso. Quod sic habet aliud extra se, necessario est perfectissimum in se, quia habet in se omnium perfectiones, et de sua perfectione est, quod tale aliud producit extra se, nec est perfectius hoc cum illo, quod est extra se quasi | congregatum, quam ipsum solum per se, quia quidquid perfectionis habet illud extrinsecum, hoc per se habet in se, licet sint plura perfecta, secundum quod amplius habet declarari loquendo de Deo in comparatione ad creaturas.

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  41 R' 140[va]  51 D' 150[va]  54 W' 157[va]  56 S' 131[vb]  56 T' 184[va]  61 J' 103[rb]  61 Scarp. 685[a]  65 Scarp. 685[b]

---

48 esse et quoddam] *om.* (*hom.*) D'  49 esse] esset K'P'  50 esse] est S'W'  52 esse] et *add.* P'  53 essentia] esse Σ  53 et] *om.* K'  53 sunt] est S'W'  57 extra … aliud] aliquid est extra aliud K'  57 aliud] *sup. lin.* T'  57 ita] ista A"D'R'S'W'  58 aliud[1]] ad G'P°S'W'Y'  58 aliud[2]] ad G'S'W'  60 aggregatum] congregatum S'  61 autem] vero K'P'  61 aliud] ad S'W'  62 essentia eius] *inv.* K'P'  62 aliud] aliquid G'P°Y'  65 congregatum] aggregatum K'  66 quia] quod S'  67 amplius] *conf.* S'

---

41–42 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 4, a. 1, ad 1: «… ipsum esse est perfectissimum omnium …».  51 Cf. *supra*, p. 33,398–399; cf. art. 21, q. 4 (ed. 1520, I, f. 127vQ–R).  53 Cf. *supra, ibid.*  54–55 Cf. *supra*, p. 34,421–431.  56 Cf. *supra*, p. 19,18.  59 Cf. *supra*, p. 21,84, p. 30,310–312.  67–68 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI).

## | QUAESTIO 2

### UTRUM DEUS PERFECTIONE CUIUSLIBET CREATURAE SIT PERFECTUS

Circa | secundum arguitur quod Deus non sit perfectus perfectione cuiuslibet creaturae.

Primo sic. Perfectiones creaturarum limitatae sunt in certo gradu essendi et ita fini|to. Nihil autem finitum et limitatum habet esse in Deo. Ergo etc.

Secundo sic. Non sunt diversae perfectiones per essentiam nisi secundum diversitatem graduum in essendo. Ubi enim idem gradus essendi per aequalem distantiam se habens ad esse idem, ibi eadem est perfectio. Unde dicunt quidam quod, quia diversa per essentiam non possunt | esse eiusdem perfectionis, diversa per essentiam non possunt per aequalem distantiam se habere ad Deum; de quo videndum est loquendo de creaturis. Ubi ergo non possunt esse diversi gradus in essendo, nec diversae perfectiones diversorum per essentiam; in Deo nullus potest esse gradus in essendo, quia in ipso nulla in essentia realis diversitas est. Ergo etc.

In oppositum est PHILOSOPHUS V° Metaphysicae, ubi dicit | quod *universaliter perfecta* omnium generum perfectiones in se habent, ubi dicit COMMENTATOR quod «*ista est dispositio primi principii, scilicet Dei*».

### <SOLUTIO>

Hic | oportet primum videre, quae et quales sunt rerum perfectiones. Ad cuius intellectum sciendum, quod quaelibet res creata tanto est perfectior in natura et essentia sua, quanto plus appropinquat in natura essendi Deo, qui est ipsum esse, ut saepius dictum est. Nunc autem ita est in essentiis rerum, quod a prima creatura quae Deo summe | appropinquat usque ad ultimam, quae summe

---

A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 1 A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 3 Bad. II f. 6[rQ] Scarp. 685[a] 6 K' 287[vb] 10 P' 236[ra] 16 M' 192[va] 20 Scarp. 685[b] 24 G' 148[ra]

---

2 Utrum … perfectus] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 18,4–5 6 ita] stricto *add.* D'J'(et in stricto et)K'P'P°(*conf. del.*)R'(*conf.*)S'(*lac.*)T'W'Y'(*conf. del.*) 9 habens] habent Σ (*scr.* J'K'P'T') 9 quidam] quidem A''G'(*corr.*)J'Y' 10 quod, quia] *inv. et corr.* P' 10 perfectionis] quod *add. (dittogr.)* A Σ 12 quo] dicit *add. et del.* D' 14 essendo] nec diversae perfectiones diversorum *add. et del.* K' 14 in³] *om.* R' 14–15 realis … est] est realis diversitas K'P' 16 oppositum] contrarium D' 17 universaliter] vult K'P'S' 17 ubi] ut S' 18 est … principii] dispositio est principii primi P' 20–21 Ad cuius] alicuius Σ (circa huius J') (*scr.* G'K'P'T'Y') 22 et … natura] *om.* (*hom.*) D'

---

9–10 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 75, a. 7. 12 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI). 16–17 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (in sententia THOMAE DE AQ., *Comm.* V, lectio 18, n. 1040, ed. Torino-Roma, p. 272b, 1021b 21–23). 17–18 AVERROES, *Metaph. V comm.*, 21 (ed. R. PONZALLI, p. 182,78–79; Iunt. VIII, f. 131rB); cf. *supra*, p. 25,187. 23 Cf. *supra*, p. 33,398–399; cf. art. 25, q. 3 (ed. 1520, I, f. 153rC), art. 28, q. 6 (ed. f. 169vI), art. 21, q. 4 (ed. f. 127vS).

ab eo in gradu naturae et essentiae distat, omnes ordinatae sunt in gradu perfectionis secundum sub et supra, ut declarandum est loquendo de creaturis, ita quod semper superior, Deo propinquior in natura et esse , perfectior est inferiori, in perfectiori gradu esse recipiendo a Deo secundum essentiae suae capacitatem.

Unde dicit DIONYSIUS, cap. IVº De divinis nominibus: «*Essentiale optimum in omnia quae habet,* | *extendit bonitatem. Etenim, sicut qui secundum nos* est *sol, illuminat omnia quae participant lumen eius secundum propriam potentiae rationem, sic et optimum* omnibus *existentibus proportionaliter supermittit totius bonitatis radios. Per quos* et subsistunt *invisibiles et intellectuales omnes et essentiae et virtutes, et operationes* quae secundum eas *sunt et vitam habent non deficientem, et materia et generatione purgatae sursum positae, et incorporales et immateriales*». Et infra: «*Sed et post illos sacros et sanctos intellectus animae et quaecumque sunt animarum bona, propter bonitatem optimam sunt*». Et infra: «*Sed et de* his, *si oportet dicere, irrationabilibus animabus quaecumque aera secant et quaecumque in terra gradiuntur, quaecumque in* | *terra extenduntur et in aquis vita sortientia, et haec omnia per optimum et germina omnia nutritivam motivam habent vitam, et quaecumque sic non vitalis essentia, per optimum est essentialem habitum sortita*». Et infra: | «*Sic enim divina bonitas a* summis *et maximis essentiis usque ad novissimam* provenit *et adhuc super omne est, neque his quae sursum sunt, anticipantibus eius excellentiam, neque his quae deorsum sunt, ambitum transgredientibus*». Et De divinis nominibus, cap. eodem IVº: «*Per omnia veniens perfectissima bonitas non solas implet circum se optimas essentias, extenditur autem usque ad novissimas; his quidem universaliter adveniens, his autem minus, aliis vero novissime, ut unumquodque eorum participare* ‹possit› *existentium. Et quaedam quidem omnino bonum participant, quaedam vero magis et minus, quaedam* vero *ob-*

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 30 A 189[vb] 39 Scarp. 686[a] 42 K’ 288[ra]

---

25 ab eo] *om.* D’ 25 distat] distant P’ 27 propinquior] deo *add.* P’ 27 esse] ratione Σ 27–28 in perfectiori] imperfectiori K’S’ *om.* J’ 28 esse] essentia *sed corr.* D’ 30 extendit] extendi K’P’ 34 et[1]] in K’P’ 35 deficientem] etiam *add.* S’ 35 et[1]] *om.* S’ 36 incorporales et immateriales] *inv.* K’P’ 36 sed] *om.* K’P’ 38 infra] multa J’(in[a]) K’P’ 40 vita] vitam A”J’K’P’Y’ 42 est] et *add.* S’ 44 neque] in *add.* D’ 45 deorsum] sursum T’ 46 IVº] VIIIº Σ (*scr.* J’K’P’T’) 46 veniens] uniens A”D’J’(*conf.*)M’P°R’S’W’ vivens G’Y’ (*scr.* K’P’T’) 48 universaliter] ult’ K’P’ 48 aliis] *om.* Σ (his K’P’) 48 novissime] adveniens *add. et del.* D’

---

26 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI). Cf. ID., art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 175vV). 29–36 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §1 (PL 122, 1129A; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 2, lectio 1, n. 96–97, p. 86; *Dionysiaca*, I, p. 146–148; PG 3, 693B). 36–38 ID., *ibid.*, §2 (PL 122, 1129C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, n. 105, p. 86; *Dionysiaca*, I, p. 153–154; PG 3, 696C). 38–42 ID., *ibid.*, c. 4, §2 (PL 122, 129D–130A; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 2, n. 108, 110, p. 95; *Dionysiaca*, I, p. 155, 157; PG 3, 696C–D). 42–45 ID., *ibid.*, c. 4, §4 (PL 122, 1130C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 3, n. 114, p. 100; *Dionysiaca*, I, p. 162–163; PG 3, 697C).

*scuriorem habent participationem et eis secundum novissimam consonantiam* | | *adest bonum*». Et subdit: «*Quomodo autem esset possibile uniformiter omnia parti|cipare bonum? Numquid* | *omnia existentia similiter ad universalem eius participationem* sunt *opportuna?*»

Divinam bonitatem in creaturis receptam appellat essentialem cuiuscumque rei perfectionem in suo esse et natura, quia «*perfectio finis est*», ut dicitur V$^{o}$ Metaphysicae, et in IV$^{o}$ eiusdem, «*quod est bonum per se et per suam naturam est finis et complementum*». | Unde dicitur V$^{o}$ Metaphysicae: «Unaquaeque *rerum perfectarum et omnes substantiae dicuntur perfectae, quando non diminuitur in modo studiositatis* sive bonitatis *suae pars aliqua*». Unde et in alia translatione bonitas ista appellatur virtus, ubi dicitur: «*virtus est quaedam perfectio*» etc., ut supra. Perfectionem ergo in quacumque re hic appellamus ultimatam bonitatem rei et virtutem in completo esse, quod competit ei in sua essentia iuxta gradum et ordinem suum.

Et quod omnes huiusmodi rerum perfectiones sunt in Deo, primo declaratur rationibus, secundo auctoritatibus, tertio exemplis.

Rationibus declaratur tribus, secundum quod Deus in triplici genere causae se habet ad creaturas, secundum quod dicit DIONYSIUS, IV$^{o}$ cap. | De divinis nominibus: «*Optimum est ex quo omnia subsistunt et sunt tamquam ex causa, et in quo omnia* | *constituta sunt et comprehensa, et in quod omnia convertuntur sicut in propriam singula*rem *summitatem*».

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    51 S' 132$^{ra}$    52 R' 140$^{vb}$    53 P' 236$^{ra}$    53 D' 150$^{vb}$    58 W' 157$^{vb}$    68 T' 184$^{vb}$    70 M' 192$^{vb}$

---

54 opportuna] operantia Σ (*corr.* T) (*scr.* K'P')   55 appellat] appellant Σ   57 in] *om.* D'   58 est] *sup. lin.* P'   60 studiositatis] suae *add.* K'   63 ultimatam] ultimam causam S'W'   63 completo] complemento Σ (*scr.* A"D'J'R'S')   63 esse] et *add.* Σ (*om.* K'P')   64 ordinem] rei *add. et del.* K'   65 quod] quia K'P'   65 rerum] *om.* K'P'   65 declaratur] declarabitur S'   66 rationibus] et *add.* Σ (*scr.* J'K'P')   66 auctoritatibus] et *add.* J'K'P'

---

45–52 ID., *ibid.*, c. 4, §20 (PL 122, 1139B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 16, n. 198, p. 173; *Dionysiaca*, I, p. 247; PG 3, 720A–B).   52–54 ID., *ibid.* (PL 122, 1139B–C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, n. 199, p. 173; *Dionysiaca*, I, p. 249; PG 3, 720A).   56 Cf. *supra*, p. 37,27.   56–57 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 179,16; Iunt. VIII, f. 130rF; 1021b 21).   57–58 ARIST., *Metaph.*, III, c. 2 (Transl. arabo-lat., Iunt. VIII, f. 40rF; 996a 23–24).   58–60 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 179,12–15; Iunt. VIII, f. 130rF; 1021b 21–24).   61–62 *Metaph. Anon. (Media)*, V, c. 16 (ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 105,23; in THOMAE DE AQ. *Comm.* V, lectio 18, n. 499, ed. Torino-Roma, p. 271a; 1021b 20); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 198) (post annum 1270 translatio arabo-latina Metaphysicae Aristotelis in usu communi erat; ‹alia translatio› erat illa quae dicitur ‹Media›).   62 Cf. *supra*, p. 26,216.   62–63 Cf. *supra*, p. 20,51–55; hoc ‹ultimatum› ipsissimus terminus Henrici de Gandavo in discussione cum Philosopho. Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 35, q. 5 (ed. G. A. WILSON, p. 39,10–11): «Virtus enim secundum Philosophum est ultimum de potentia»; *ibid.*, q. 6, p. 47,6–7: «Virtus autem nominat potentiam secundum gradum suum ultimatum perfectionis suae». Cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 37).   68–71 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §4 (PL 122, 1131A; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 3, n. 121, ed. Torino-Roma, p. 101; *Dionysiaca*, I, p. 168; PG 3, 700B).

In genere ergo causae efficientis est prima ratio talis. Cum effectus omnis sit ab agente producente in actum, id quod est actu in effectum non est nisi ab eo quod est actu in agente, quia agens omne non agit nisi secundum quod est in actu, et agens in quantum agens non potest esse imperfectioris dispositionis quam actum. Perfectio autem uniuscuiusque consistit in eo quod est actu in ipso et secundum quod est in actu, ergo perfectio effectus est a | perfectione agentis.

Quod autem procedit ab alio agente in quantum huiusmodi, simile est ei a quo procedit. «*Habent* enim *causa*ta *causalium recept*iv*as imagines*», ut dicit DIONYSIUS, cap. IIº De divinis nominibus, ergo perfectio ef|fectus semper est similis perfectioni agentis. Hoc autem est quod dicimus perfectionem effectus esse in agente. Non enim potest ei inesse secundum idem numero, sed secundum simile in aliqua conformitate naturae. Cum ergo omnis creatura est effectus Dei agentis, omnem perfectionem creaturae necesse est ponere in Deo. Et hoc est quod dicit DIONYSIUS, cap. IVº Caelestis Hierarchiae: «*Superessentialis divinitas eorum quae sunt, essentias esse substituens adduxit. Est enim hoc omnium* esse *et super omnia bonitatis proprium, ad communionem suam ea quae sunt, vocare, ut unicuique eorum quae sunt, ex propria definitur analogia; non enim fortassis essent, nisi eorum quae sunt, essentiae* et *principii assumptione. Existentia igitur omnino eius esse participant; esse enim omnium est superesse divinitatis*». Et ut dicit, Iº cap. De divinis nominibus, «*Simpliciter dicendum: viventium vita et eorum quae sunt, essentia omnis vitae et essentiae principium et causa per suam, ut sint quae sunt, activam et continentem bonitatem*; omnia vero simpliciter praehabuit». Et ut dicit, cap. VIIº Caelestis hierarchiae: | «*a supercaelestibus essentiis usque ad novissima terrae extendens bonitatem suam*». Unde concludit, De divinis nominibus, cap. Vº: «Non *igitur inconveniens contemplari omnia in omnium causa*li, et sibi invicem | opposita uniformiter

---

A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   77 Scarp. 686$^{b}$   80 G' 148$^{rb}$   95 P' 236$^{va}$   98 A 190$^{ra}$

---

73–75 non … actu] *om.* T'   75 in] *om.* Σ (*def.* T')   76 actum] activa S'   81 est$^{2}$] *om.* Σ (*add. i. m.* Y')   82 effectus esse] *inv. sed corr.* D'   82 in] *om.* P'   85 cap. IVº] *inv.* K'P'   87 omnium] omni K'W'   88 eorum] *om.* S'   90 principii] principium K'P'   90 assumptione] et *add.* K'P'   90 igitur] ergo K'P'   90 eius esse] *inv.* K'P'   91 Iº cap.] *inv.* K'P'   93 essentia] *om.* D'   93 et$^{2}$] vita *add. et del.* D'   95 cap. VIIº] *inv.* Σ   98 causali] tali Σ (*corr.* Y') illi G'

---

79–80 ID., *ibid.*, *Comm.*, c. 2, §7 (PL 122, 1124A; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 2, lectio 7, n. 58, Torino-Roma, p. 55; *Dionysiaca*, I, p. 99; PG 3, 645B).   85–91 PS.-DIONYSIUS, *De cael. hier.*, c. 4, §1 (in HUGONIS DE S. VICTORE *Comm.*; PL 175, 1003B–C; PL 122, 1046B; in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. SIMON et W. KÜBEL, p. 59,76–78, 63,81–82; *Dionysiaca*, II, p. 800–802; PG 3, 177C).   91–95 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 1, §3 (PL 122, 1114D; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 1, lectio 2, n. 12, ed. Torino-Roma, p. 14; *Dionysiaca*, I, p. 22; PG 3, 589C).   95–96 ID., *De cael. hier.*, c. 7, §4 (in HUGONIS DE S. VICTORE *Comm.*, PL 175, 1034B; in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. SIMON et W. KÜBEL, p. 116,81–82; PL 122, 1052B–C; *Dionysiaca*, II, p. 867; PG 3, 212C).

et unite». De quibus, multis adnumeratis, dicit: «*Etenim neque est hoc, hoc autem non est; neque ibi est, ibi autem non est; sed omnia est ut causalis omnium*».

Et quia ratio ista non potest concludere, nisi quod saltem sunt in divina sapientia per rationes exemplares, unde subdit DIONYSIUS similitudinem de sole omnia generante, ex qua concludit: «*multo magis* | in *omnium causali praeexstitisse omnium existentium paradigmata concedendum. Deinde essentias adduxit.* ‹*Paradigmata*›», inquit, «*dicimus esse in Deo existentium substantificatas et uniformiter praetextas rationes*». Ideo ad idem est secunda ratio in genere causae formalis, probans quod sunt in eius esse et essentia. Talis perfectio rei essentialis in natura sua et essentia consistit in suo esse primo, quod formaliter habet a sua essentia, quia esse est actus in re creata formalis super essentiam eius, ut dictum est in praecedenti quaestione. Et circuit singula et minima in quacumque re, ita quod nihil sit in aliqua re essentialiter in actu et in perfectione sua, nisi secundum actum essendi, ita quod perfectio in re tanto est maior, quanto habet res esse superio|ris gradus magis appropinquans primo esse. Esse autem | illud cuiuslibet creaturae est participatum ab esse Dei, qui est ipsum esse per essentiam, | ut habitum est supra.

Nunc autem sic se habent ad invicem conditio participati et eius quod est per essentiam tale, quod non potest esse aliquid ut actus in participato, nisi quia est in eo quod est per essentiam, quia participatum capit hoc ab illo sicut cera figuram a sigillo. Quidquid ergo actus habet esse in quolibet esse participato, quod pertinet ad ipsum | esse participatum, habet esse in eo quod est esse per essentiam pertinens | ad ipsum esse, sicut, si esset aliquis color separatus qui esset | color per essentiam, nihil posset esse perfectionis in colore quolibet existente in materia, quod non haberet in se color ille, nec in aliquo posset ei abesse aliqua virtus coloris, sicut potest abesse colori existenti in materia

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 04 J’ 103[va] 14 S’ 132[rb] 15 K’ 288[va] 16 Scarp. 687[a] 21 D’ 151[ra] 22 R’ 141[ra] 23 M’ 193[ra]

---

00 ibi] ubi K’P’ 04 omnia] omnino S’ 04 omnium] omni J’K’M’R’W’ 04 causali] tali Σ (*scr.* G’J’) 05 paradigmata] per adigmata P’ inquit(?) *add. et del.* D’ 07 Ideo] et *add.* Σ (*om.* J’) 09 perfectio] perfectae Σ (perfecta S’) (*scr.* A”K’P’Y’) 09 consistit] constant D’ 12 nihil sit] universalis K’ 12 et] etiam *add.* K’P’ 14 appropinquans] appropinquat Σ 19 participatum] participant Σ (participans A”G’ *corr.* participant *in* participans Y’) (*scr.* J’K’P’T’) 21 est] *om.* K’P’T’ 22 color] calor K’ 23 color] calor K’ 23 colore] calore K’ 24 color] color *sed in* calor *corr.* K’ 25 aliqua … abesse] *om.* S’ 25 coloris] caloris K’ 25 colori] calori K’

---

97–99 ID., *De div. nom.*, c. 5, §7 (PL 122, 1149B–C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 5, lectio 1, n. 273, p. 231; *Dionysiaca,* I, p. 346–347; PG 3, 821B). 99–01 ID., *ibid.*, §8 (PL 122, 1150B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 2, n. 280, p. 243; *Dionysiaca,* I, p. 355; PG 3, 824A). 03–07 ID., *ibid.* (PL 122, 1150C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 2, n. 281, p. 243; *Dionysiaca,* I, p. 359; PG 3, 824B). 11 Cf. *supra,* p. 33,398–399. 16 Cf. *supra,* p. 34,421–431; HENR. DE GAND. *Summa (Quaest. ord.),* art. 21, q. 4 (ed. 1520, I, f. 127vS).

ex indispositione subiecti, ita quod, quidquid color participatus operatur in materia, si per impossibile ille color separatus fieret actus illius materiae, modo altiori operaretur idem, quod singuli in singulis materiis.

Quare, cum Deus secundum praedeterminata sit ipsum esse subsistens per essentiam, et a quo omne esse creaturae participatur in quocumque | gradu perfectionis participetur quidquid est perfectionis, in quocumque esse participato, et per consequens in quacumque creatura, necesse est illud ponere essentialiter in ipso esse Dei unico et simplici. Et ita in Deo sunt omnium rerum perfectiones, et hoc ratione eius quo est aliquid in actu per essentiam,non solum ratione idearum diversarum, quae sunt | paradigmata creaturarum. Sic enim omnes perfectiones creaturarum bene sunt in angelis, quia sunt in aliquo ut in cognoscente, non autem | substantialiter per illas perfectio, sicut est ipse Deus.

Ut sic esse Dei habeat perfectiones omnis esse in se, qualiter haberet, si esse Dei esset esse cuiuslibet creaturae in ipsa creaturae essentia et non aliquid participatum ab ipso, sicut quidam posuerunt, ut supra improbatum est. Cum enim in perfectionibus accidentalibus, quod res aliqua propter novam rationem essendi in ipsa alicuius accidentis pertinentis ad dignitatem, ut est virtus vel sapientia, perfectius esse sibi acquirit, necesse est, quod id quod est | ipsa ratio essendi, tota ex se et in se habeat omnem perfectionem in essendo.Ex quo igitur esse Dei in se est tota ratio essendi, quicumque sit modus perfectionis in quocumque modo essendi speciali, necesse est ut habeat | illum in se, ita quod, si formaliter daret esse rebus, daret eis diversos modos essendi secundum diversitatem essentiarum, sicut dant eis modo diversa esse participata. Nec restat in aliquo esse omnes modos perfectionis simul in Deo et sparsim in creaturis, nisi quod quilibet modus perfectionis sub excellentiori modo habet esse in esse Dei, quam habeat in aliquo esse crea|turae.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 30 W’ 158[ra] 35 P’ 236[va] 37 G’ 148[va] 43 T’ 185[ra] 46 K’ 288[vb] 51 Scarp. 687[b]

---

26 color] calor K’ 27 ille color] *inv.* D’ 27 color] calor K’ 27–28 modo altiori] *inv.* K’P’ 29 esse] *om.* K’ 33 esse Dei] *inv.* Σ 34 hoc] hac T’ 35 Sic] *iter.* S’ 35 enim] *om.* S’ 36 in[3]] *om.* Σ (*scr.* J’K’P’T’) 38 se] et *add.* K’P’ 38 qualiter] *conf.* S’ 42 alicuius] *om.* S’ 42 dignitatem] integritatem Σ 43 est quod] esse quam Σ (est quam J’) (*scr.* G’) 43 est[2]] *om.* K’P’ 44 omnem] totam K’P’ 46 modo] essentiali *add. et del.* K’ 47 esse] esset *sed corr.* D’ 47 secundum] in *add.* S’(*sed del.*)W’ 48 dant] datum A”M’ datum est P°Y’ 49 Deo] eo K’P’

---

22–28 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 4, a. 3. 29–30 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 5 (ed. R. MACKEN, p.83,20–84,39). 34–35 De Henrici de Gandavo conceptu ‹Ideae› cf. W. HÜBNER, Idea extra artificem. Festschrift für OTTO V. SIMSON, hrg. von L. GRISEBACH-K. RENGER, Berlin 1977, 27–52. 40 Cf. *supra*, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 4 (ed. 1520, I, f. 128rV); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 3, a. 8 (contra Amalricanos). 44–48 «Quidquid enim est simpliciter et absolute dignitatis et perfectionis, Deo tribuendum est …». HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 2 (ed. R. MACKEN, p. 45,70–71). Istam ‹regulam› magister semper in mente habuit; cf. *ibid.*, p. 46,2; art. 37, q. 2 (ed. G. A. WILSON, p. 152,23); cf. *infra*, p. 131,27–29.

Propter quod hoc esse Dei est mensura cuiuslibet creaturae, ita quod quaelibet creatura habet esse perfectum secundum magis et minus, in quantum magis vel minus ad esse Dei appropinquat, sicut, si albedo aliqua esset separata, in fine intensionis esset ita quod materialia tanto perfectius albedine dicerentur participare, quanto magis ad rationem illius appropinquarent, et tanto imperfectius, quanto minus. Et hoc est quod dicit Dionysius, IIIº cap. De divinis nominibus: «*Omnium causa et repletiva deitas partes universi consonas salvans, neque pars neque totum est, et totum et pars, ut omne, et totum et partem coambiens. Perfecta quidem est in imperfectis, ut perfectio principalis, imperfecta vero in perfectis tamquam superperfecta et anteperfecta, forma formificans in inferioribus, tamquam forma principalis, informis in ipsis formis tamquam superformis essentia totius esse; et mensura est eorum quae sunt*». Et cap. Vº: «*Deus non est ens, sed simpliciter et incircumfinite totum in se ipso esse coambiens* et perambiens, neque *est*, | *sed ipse est esse existentibus*». Et infra: «*Et ipsum est per se esse maxim*e, *per se vita* in *essendo, per se sapientia* in *essendo* et omnia *alia, quaecumque participantia esse participan*t. *Magis autem et hoc per se omnia,* quibus *existentia participan*t, *et nihil est* ens cuius non sit *essentia, et secundum* se *ipsum* per se omne».

In genere causae finalis idem ostenditur per hanc viam. Cum enim bonitas finis in eis quae ordinantur ad finem, proportionetur virtuti efficientis et agentis, quia, sicut omne agens agit et | movet aliud per suam virtutem, ita quidquid finis inclinat et reducit in se ipsum, inclinat per suam bonita|tem. In agentibus autem sic se habet, quod agens separatum agens per suam essentiam, cuiusmodi est Deus, habet virtutem cuiuslibet agentis inferioris, agentis per | participationem virtutis, quia habent virtutem ab illo, ita quod quaecumque per media facit, posset facere immediate si vellet. Ergo similiter in fine ultimo inclinante ad se omnia per essentiam suae bonitatis, oportet quod habeat in se bonitatem cuiuslibet quod movetur in ipsum sua bonitate quam participat ab illo, ut in illo perficiatur.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 65 A 190rb 72 M’ 193rb 73 P’ 237ra 75 S’ 132va

---

54 appropinquat] appropinquant A Σ (*corr.* Y’) (*scr.* G’J’K’P’) 54 esset] *iter.* D’ 55 intensionis] intentionis Σ (*scr.* Y’) 55 dicerentur] differentur Σ (differentius W’) (*scr.* A”K’P’P°Y’) 56 quanto] tanto K’ 58 consonas] consonans K’P’ consonat W’ 59 et[1] totum] *om.* D’ 59 et[1]] et *add. s. l.* T’ 59 et[2]] *om.* K’P’ 60 coambiens] praeambiens K’P’ 60–61 ut … perfectis] *om.* (*hom.*) D’S’W’ 61 perfectis] imperfectis T’ 62 formificans] formicans K’P’ 62 informis] informitas P’ 65 sed] *om.* T’ 71 proportionetur] proportionentur S’ 72 aliud] agit S’ 73 inclinat per suam bonitatem] per suam bonitatem inclinat K’P’ 75 per] *om.* P’ 76 quaecumque] quae K’P’ 79 participat] participant D’

---

57–63 *De div. nom.*, c. 2, §10 (PL 122, 1124C–D; in Thomae de Aq. *Comm.*, c. 2, lectio 5, n. 61–67, ed. Torino-Roma, p. 62; *Dionysiaca*, I, p. 105–108; PG 3, 648C). 64–65 Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 5, §4 (PL 122, 1148B; Thomae de Aq. *Comm.*, c. 5, lectio 1, n. 263, ed. Torino-Roma, p. 229; *Dionysiaca*, I, p. 333–334; PG 3, 817D). 66–69 Id., *ibid.*, §5 (PL 122, 1148C; Thomae de Aq. *Comm.*, n. 266, ed. Torino-Roma, p. 230; *Dionysiaca*, I, p. 337–338; PG 3, 820B–C).

Unde, cum Deus, sicut est agens | primum sua virtute quae est suum esse et sua essentia, ita est finis ultimus sua bonitate, in qua consistit ratio perfectionis sui esse et sicut | omnia agentia virtutem agendi participant ab ipso, ita omnia ut ordinata in finem habent bonitatem ab ipso. Quare, sicut in virtute sua continet essentialiter virtutes omnium aliorum, ita et in bonitate sua continet essentialiter bonitates omnium aliorum, in bonitate autem rei essentiali, quae convertitur cum ente, consistit eius perfectio essentialis.

Continet ergo in perfectione sua essentialiter perfectiones omnium aliorum, et ideo | omnia alia eius bonitatem desiderant quantum possunt, et in eam tendunt, ut bonitas eorum incompleta eius bonitate perfecta comple|atur, | secundum quod dicit Dionysius, I$^{o}$ cap. De divinis nominibus: «*Omnia ipsam desiderant, intellectualia quidem et rationalia scienter, subiecta vero his sensibiliter,* et alia *secundum vitalem motum, et alia secundum essentialem et conditionalem necessitatem*». Et cap. IV$^{o}$: «*Omnia ad semetipsam bonitas convertit*». Et infra: «*Et illud concupiscunt omnia intellectualia quidem et rationalia scienter, sensualia vero sensibiliter, sensus autem expertia insito motu vitalis appetitus; inanimalia autem et tantummodo existentia, ad solam essentialem participationem opportunitate*». Et Avicenna dicit, IV$^{o}$ Metaphysicae: «*Esse per se est bonitas pura, et bonitatem hanc desiderat omnino quidquid est.* | *Id autem quod desiderat omnis res, est esse et perfectio esse in quantum est esse; id* ergo *quod vere desideratur, est esse. Et ideo esse est bonitas pura et perfectio pura, et* omnis *bonitas est id quod desiderat omnis res iuxta modulum suum, quoniam per eum perficitur eius esse. Igitur esse est bonitas et perfectio essendi est bonitas essendi*». Quod attendens Dominus, cum Moyses peteret ab eo ut *ostend*eret ei semetipsum, dixit, Exodi XXXIII$^{o}$: «*Ego ostendam tibi*

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 80 K’ $289^{ra}$ 82 D’ $151^{rb}$ 88 Scarp. $688^{a}$ 89 G’ $148^{vb}$ 89 R’ $141^{rb}$ 99 W’ $158^{rb}$

82 et sicut] *iter.* D’ 82 sicut] sic K’P’ 82 agentia] agenda Σ (agendi G’M’) (*scr.* K’P’) 83 in$^{2}$] et Σ (*def.* M’) (*scr.* G’) 83 virtute] veritate R’ 84 et] ut Σ (*om.* G’Y’) 84 in] *om.* K’ 84 essentialiter] *om.* D’ 85 bonitates] bonitatis Σ (*def.* G’) (*scr.* J’K’P’T’) 85 autem] enim K’ 87–88 aliorum] aliarum Σ (*scr.* K’P’) 88 et$^{1}$] *om.* S’ 88 et$^{2}$] etiam K’P’ 91 ipsam] ipsum A”P°Y’ semetipsum J’ 92 vitalem] modum *add. et del.* D’ 94–95 rationalia] totalia K’P’ 95 sensualia] sensualiter Σ (sensibilia K’P’) (*scr.* J’) 95 vero sensibiliter] *om.* Σ (*scr.* J’K’P’T’) 95 vero] his *add.* K’ 95 expertia] experientia Σ 95 insito] infinito (?) T’ 96 autem] aut AD’J’R’T’ etiam W’ (*scr.* A”G’J’K’P’P°P’Y’) 98 esse] *om.* S’ 98 hanc] habeat D’(*sed corr.*)R’(*sed corr.*)S’W’(*sed corr. in* hanc) 98 quidquid] quae quid D’R’ 99 desiderat] considerat D’(*sed corr. in* considerat)P’ 00 id] vero *add. et del.* S’ 00 vere desideratur] *inv.* K’ 03 Moyses peteret] *inv.* D’ 04 ei] sibi K’P’

90–93 Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 1, §5 (PL 122, 1117A; Thomae de Aq. *Comm.*, c. 1, lectio 3, n. 24, ed. Torino-Roma, p. 25; *Dionysiaca*, I, p. 42–43; PG 3, 593D). 93–94 Id., *ibid.*, c. 4, §4 (PL 122, 1131A; Thomae de Aq. *Comm.*, c. 4, lectio 3, n. 120, ed. Torino-Roma, p. 101; *Dionysiaca*, I, p. 167; PG 3, 700A). 94–97 Id., *ibid.*, §4 (PL 122, 1131B; Thomae de Aq. *Comm.*, n. 122, ed. Torino-Roma, p. 101; *Dionysiaca*, I, p. 168–169; PG 3, 700B). 97–03 Avicenna, *Metaph.*, VIII, c. 6 (ed. S. Van Riet, p. 412,62–413,31).

*omne bonum*». Hinc dicit AUGUSTINUS, De sententia Prosperi: «*Deus tibi totum est quod recte desideras, et omnium bonorum varietas in ipso uno fonte profunditur; se ipsum sub diversis munerum suorum motibus impertit*». Et Super Ioannem sermone 3º, et De verbis domini sermone 4º: «Quae hic varie quaeris, ipse tibi unus, omnia erit. *In creaturis aliquid deest quod* laudamus*, in Creatore deesse nihil potest, quia quod invenis in creatura, a Creatore artifice* | *processit. Quod autem deest, non* at*tribuendum est* | *maiestati in qua nullus defectus est. Quod reprehendis, noli tribuere Deo; quod laudas, tri*|*bue! Quid dementius, quam ut in aliquo lau*|*dem creaturam, quod non sit in Creatore. Laudent ergo Creatorem omnia opera eius. Totum ibi* est*, quod hic ex partibus singulis invenitur,* et totum *ergo ibi simul, et non hoc solum quod in creaturis invenio, sed tamquam in Creatore*». Et in fine De civitate Dei: «*Ego ero quaecumque ab hominibus honeste desiderantur, et vita et salus et virtus et gloria et copia et honor et pax et omnia bona. Sic et recte intelligi* est *quod ait* APOSTOLUS: ‹*Ut sit Deus omnia in omnibus*›».

Exemplis etiam hoc declaratur.

Primo de calore, qui, si esset | separatus, haberet omnes rationes essendi et gradus in eodem simplici quos haberent omnes calores existentes in materia, quia esset per essentiam id quod alii sunt per participationem. Sed hoc simile non est in toto, quia calor separatus eiusdem naturae et speciei esset cum calore coniuncto, esse autem et essentia Dei, in qua sunt omnes rerum perfectiones, omnino est alterius naturae supereminentis, ita quod, licet | propter omnium perfectiones quas habet, | quodam modo est omnia quae sunt, propter tamen naturae eius eminentiam nihil est eorum quae sunt, secundum quod infra dicetur.

Secundo est exemplum de motu primi mobilis, quod habet omnes perfectiones in duratione essendi, quas habent omnes alii motus sub ipso. Per-

---

A Σ: A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y'     11 T’ 185$^{rb}$   11 J’ 103$^{vb}$   13 P’ 237$^{rb}$   13 K’ 289$^{rb}$   21 M’ 193$^{va}$   26 Scarp. 688$^{b}$   27 A 190$^{va}$

---

06 tibi totum] *inv. sed corr.* D’   06 uno] *om.* D’K’P’   07 profunditur] profundatur Σ   07 impertit] impertat Σ   09 quaeris] *iter.* D’   10 invenis] invenit Σ (invenitur K’)   12 quod[1]] autem *add.* Σ   12 laudas] laus K’P’   14 hic] *om.* K’   15 non hoc] *inv.* K’P’   16 De civitate Dei] De divinis nominibus T’   18 intelligi] intelligendum K’P’   20 exemplis] exempli A”S’ exemplo P°R’Y’ exemplum M’   21 si] *om.* P’K’   22 in materia] *om.* D’   24 separatus] *om. sed add. i. m.* D’   24 eiusdem] eius Σ (*scr.* K’P’P°Y’)   24 speciei] omnino *add.* Σ (*def.* A”)   28 eminentiam] et *add.* D’R’   28 secundum] *om.* K’P’   29 motu primi mobilis] primo mobilis motu Σ (primo motu mobilis K’ primi mobilis motu P°Y’)   29 omnes] *om.* Σ

---

03–05 *Exod.*, XXXIII, 18–19.   05–07 PROSPER AQUITANUS, *Liber Sententiarum ex Augustino*, sent. 334 (CC lat. 68A, p. 342,6–9; PL 51, 479B).   08–16 AUGUST., *Sermones de scripturis*, sermo, 117, 10, 14 (PL 38, 669–670).   16–19 AUGUST., *De civ. Dei*, XXII, c. 30 (CC lat. 48, p. 863,29–33; CSEL 40.2, 665,21–666,4; PL 41, 801–802. Cf. I *Cor.*, XV, 28).   20 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 4 (ed. 1520, I, f. 128rT).   21 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 4, a. 2.   28 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 51, q. 1 (ed. 1520, II, f. 53rF–G; art. 68, q. 5, ed. 1520, II, f. 229vO–234vO; cf. *supra*, p. 41,144–148, cf. *infra*, p. 80,218–221).

fectio enim cuiuslibet alterius motus, primo est duratio secundum aliquam rationem temporis finitam, quod dicitur esse tempus periodale eius perfectum, ut dictum est supra, ut quod motus durationis vitae huius duret per decennium, alterius per triennium, et sic de aliis secundum plus et minus. Quae durationes, quotquot sint, etsi essent infinitae, omnes inveniuntur in duratione primi motus. Est enim perfectus, in duratione | infinita secundum philosophos continens perfectiones omnes durationis aliorum in se, et ideo dicitur esse mensura aliorum motuum. Sed hoc non est simile, quia motus iste, si habet perfectionem durationis omnis motus in sua duratione, hoc non est nisi per motum et successionem, non autem in uno simplici fixo et stante, sicut habet Deus.

Ideo est tertium exemplum omnino competens, in pretio nummorum in infinitum accipiendorum secundum ordinem numerorum, ita quod primus sua unitate inchoans numerum ex dignitate substantiae suae sit pretii infiniti, quilibet autem | sequentium sit pretii finiti, ita quod secundum diversam dignitatem materiae proximus post primum, qui cum primo constituit dualitatem, sit maioris pretii ceteris sequentibus, et sic ulterius per ordinem, quantum in numero | minus | distat a primo, sit maioris pretii, et quanto magis, minoris. Sic enim creaturae, ut dictum est, quasi ordine numerorum procedunt a primo, habentes semper esse finitum, cum ipse sit quasi unitas in capite, habens esse infinitum. Patet autem in nummis illis, quod quilibet illorum habet perfectionem in pretio suo proportionaliter secundum dignitatem materiae suae, sicut quaelibet creatura habet perfectionem in suo esse proportionaliter naturae et essentiae suae. | Unde, sicut planum est quod primus nummus pretii infiniti habet in se perfectiones quoad rationem pretii omnium aliorum nummorum, quia in se continet pretium cuiuslibet alterius nummi, sic planum esse debet intelligenti, quod Deus, quia est esse infiniti, continet in suo esse perfectiones esse omnium creaturarum, etsi essent infinitae, secundum speciem et naturam differentes, et in diverso gradu diversimode esse participantes.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  36 S’ $132^{vb}$  45 G’ $149^{ra}$  47 D’ $151^{va}$  48 K’ $289^{va}$  54 P’ $237^{va}$

---

31 primo] modo *add.* D’  32 finitam] finitum D’K’M’P’R’S’T’ finiti G’J’P°Y’ futurum W’  33–34 decennium] *def. lac.* S’  34 triennium] tricennium D’K’ triannium T’  35 essent] essentiae Σ (*scr.* G’J’K’P’T’)  38 simile] *om.* Σ (*scr.* J’K’P’T’)  40 in] *om.* D’  42 omnino competens] *om.* D’  42 nummorum] summorum Σ (*corr.* Y’) (*scr.* A”G’K’P’T’)  44 numerum] numerorum D’  44 quilibet] quaelibet D’S’  47 ceteris] feceris *sed in* ceteris *corr.* K’  48 primo] *iter. et del.* K’  49 numerorum] nummorum A”P’R’(*conf.*)  51 nummis] numeris J’(*conf.*)K’P’T’  51 illis] *om.* D’  53 proportionaliter] proportionalem K’P’  54 nummus] numerus K’T’ nummi G’  55 rationem] bonum K’  55 pretii] principii S’  55 nummorum] *om.* K’P’ numerorum J’T’(?) minorum W’  56 nummi] numerum T’ minimi W’ *om.* G’  56 esse debet] *inv.* D’  58 naturam] natura *sed corr. i. m.* K’ omnium creaturarum *add. et del.* S’

---

33 Cf. *supra*, p. 21,84.  49 Cf. *supra*, p. 36,20–37,28; cf. art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 175rS).

Est tamen hic advertendum, quod in esse creaturae cuiuslibet tria est considerare, scilicet esse ipsum absolute, et eius consumma|tionem in sua perfectione et secundum gradus | limitationem. Prima duo sunt dignitatis et perfectionis in qualibet creatura, et sunt effectus Dei in ipsa, et habentur in infinito pelago divini esse, licet secundum modum eminentiorem. Tertium vero indignitatis est et imperfectionis, et contingit ex natura essentiae ipsius creaturae, quae ratione suae finitatis non est possibilis suscipere, nisi esse finitum et limitatum | in gradu determinato respectu esse alterius creaturae, et sub esse Dei infinito, et secundum hanc rationem non invenitur in esse divino. Propter quod perfectiones esse omnium creaturarum, cum in essentia Dei et esse considerantur sine limitatione, gradu et distinctione, considerantur ut unitae, sicut dicit DIONYSIUS. Et sic perfectiones illae quae in creaturis sunt limitatae et finitae secundum modum | creaturarum, in Deo sunt illimitatae et infinitae secundum modum esse Dei.

Secundum tamen modum huius limitationis bene cadunt perfectiones esse creaturae in scientia Dei ra|tione idearum, quae, licet in se non sunt limitatae aut finitae, sunt tamen ratio limitati et finiti, et limitandi et finitandi. Non sic esse Dei vel essentia, quia hoc quod dicit idea, non dicit nisi ex respectu ad creaturam, non sic autem essentia vel esse. Unde ab essentia Dei et esse eius numquam producerentur varia et diversa limitata aut omnino aliquid in creatura, nisi in Deo esset idealis ratio. Et multum peccabant philosophi, ponentes Deum producere creaturas ex necessitate suae essentiae, non per liberam voluntatem ex | rationis determinatione. Propter illam etiam diversitatem, qua creaturae esse ut limitatum non cadit in Dei essentia sed in eius sapientia, contingit communiter dictum, quod multa sunt in eius sa|pientia, quae non sunt in eius essentia. De quibus autem hoc contingit, et de quibus non, et qualiter, visum est supra, loquendo de attributis.

## <AD ARGUMENTA>

Ex his dictis duo obiecta patent inspicienti.

---

A Σ : A’’D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  61 Scarp. 689[a]  62 R’ 141[va]  67 W’ 158[va]  72 M’ 193[vb]  75 Scarp. 689[b]  82 K’ 289[vb]  84 T’ 185[va]

---

60 hic] hoc T’  63 habentur] habent D’J’K’P’  64 divini] divinum K’  64 Tertium] tertio P’  66 est possibilis] *inv.* D’  66 est] finem *add. et del.* D’  69 omnium creaturarum] *om.* Σ (*scr.* J’K’P’)  71–72 finitae … et] *om.* (*hom.*) S’  76 aut] et K’P’  76 tamen] *om.* K’P’  78 esse[1]] eius *add.* D’  78 Dei] *iter. et del.* K’  78 et] vel D’(*corr.*)K’P’W’Y’  79 limitata] limitati K’P’  88 duo obiecta patent] duo patent obiecta Σ  88 inspicienti] *om.* T’

---

70–71 Cf. *supra*, p. 39,96–40,99.  80 Platonicorum doctrinam de ideis Henricus valde critice tradidit. Cf. J. GÓMEZ CAFFARENA, *Ser participado y ser subsistente en la metafisica de Enrique de Gante. Anal. Gregor.* 93, Rom 1958.  80–82 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 44,35–36); cf. STEPHANUS TEMPIER, *Errores 219 condemnati, 1277* (ed. *Chart. Univ. Paris.*, I, n. 53, p. 546; ed. R. HISSETTE, n. 20, p. 51).  86 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 4 (ed. R. MACKEN, p. 57–73).  86–88 Cf. *supra*, p. 36,5–9.

# ARTICULUS XLIII
# DE TOTALITATE DEI

Sequitur | de totalitate Dei, ubi quattuor sunt inquirenda: primo, si Deus dicendus est esse totus, secundo, si in Deo sit ratio totius universalis, tertio, si sit in ipso ratio totius numeralis, quarto, si in ipso sit ratio totius virtualis. De toto autem integrali proprie dicto patet, quod non sit in Deo, ex supra determinatis in quaestionibus de simplicitate Dei.

## | QUAESTIO 1

### UTRUM DEUS DICENDUS EST ESSE TOTUS

Circa | primum arguitur quod Deus non debet dici totus, sive quod totalitas non debet poni in Deo.

Primo sic: | Non dicitur totum nisi habens partes, dicente AVICENNA, V° Metaphysicae: «*Totum numeratur partibus suis et unaquaeque partium est de essentia eius*», et libro IV°: «*Totum oportet, ut sit multitudinis, vel in potentia, vel in effectu*», et ibidem: «*Totum dicitur in respectu sui ad partem*». Sed in Deo non sunt partes nec potentia nec actu propter suam simplicitatem. Ergo etc. |

Secundo sic. | Totum non est totum unicuique quod est in eo per se. De toto enim habente partes diversas, unde transfertur nomen ad divina, dicit AVICENNA, V° Metaphysicae quod «*non est totum unicuique parti per se*». Sed Deus

---

A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 3 Bad. II f. 8r Scarp. 690 1 A Σ : A''D'G'J'-K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 3 Bad. II f. 8rA Scarp. 690a 5 P' 237vb 10 S' 133ra 11 A 190vb

---

1–2 Articulus … Dei] XLIIIus articulus de totalitate Dei *om.* Σ (*scr.* D'); cf. *supra*, p. 4,32 3–5 primo … secundo … tertio … quarto] primum secundum tertium quartum Σ 4 dicendus est] *inv.* D'R' 4–5 sit in ipso] in ipso sit K'P' 5 si … virtualis] *add. i. m.* P' 5 si] *om.* S'W' utrum R' 2 Utrum … totus] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 47,3–4 7 ut] ubi *sed corr. in* ut D' 9 nec … actu] nec actu nec potentia Σ (*scr.* J'(*om.* nec¹) K'P') 11 totum unicuique] *inv.* T' 11 in] de R' 11 eo] Deo D'J'K'P'R'S'T'W' 11 toto] *om.* K'P' 12 divina] sicut *add.* K' 13 unicuique] utrique A Σ *om.* K'P'S' (*scr.* J'T')

---

3 Cf. BONAVENTURA, *Sent.* I, d. 19, p. 2, art. unic., q. 1–2 (ed. Quaracchi, I, p. 355–356; 357–359); AEGIDIUS ROMANUS, *Sent.* I, d. 19, p. 2, princ. 1, q. 1 (ed. 1521, f. 110rH–vP). 6–7 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 8 (ed. 1520, I, f. 177vL–M). 5–7 AVICENNA, *Metaph.*, III, c. 2 (ed. S. VAN RIET, p. 245,82–83). 7–8 ID., *ibid.*, IV, c. 3 (ed. S. VAN RIET, p. 217,50–51). 8 ID., *ibid.* (ed. S. VAN RIET, p. 218,66–67). 12–13 ID., *ibid.*, V, c. 2 (ed. S. VAN RIET, p. 245,91–92).

est totum unicuique quod est in eo per se, quia sapientia est totus Deus, bonitas est totus Deus, similiter Pater est totus Deus, sic Filius et Spiritus sanctus. Ergo etc.

Contrarium implicat sponsa, cum loquens de sponso dicit, quia est «*totus desiderabilis*».

<SOLUTIO>

Dicendum quod secundum AVICENNAM, IVº Metaphysicae, «*nomen perfectionis et nomen totius et nomen universi paene cognata sunt in significatione*». Sed est differentia inter nomen perfectionis et totius, quia, ut dicit, | «*non est perfectionis conditio ut contineat sub se multitudinem,* | *totum vero oportet ut sit multitudinis*». Et quomodo hoc, statim subiungit dicens: «*Res vero est perfecta, in quantum nihil remanet extra eam, et est totum in ea. Ipsa igitur respectu multitudinis existentis, comprehensae in ea, est totum, et secundum hoc quod nihil remansit extra eam, est perfecta*». Et intendit quod res secundum quod attingit ultimum et consummativum | suae naturae, ne sit aliquid illius extra ipsam, | dicitur perfecta. Unde, quia perfectio est conditio finis, nomen perfectionis imponitur rei a fine suo et complemento, non concernendo in suo | significato ea quae in re continentur sub fine et complemento. Res vero dicitur tota, quia continet in se omnia quae ad naturam eius pertinent, sive sit completivum sive aliquid sub completivo.

Unde, quia totalitas est conditio universi, quod pertinet ad rei naturam, nomen totius imponitur ab universo, quod est de natura rei, concernendo in suo significato indifferenter et complementum, et universa | contenta vel quasi contenta sub ipso. Et in hoc conveniunt totum et universum, id est omne, secundum PHILOSOPHUM, Vº Metaphysicae et Iº Caeli et mundi. Et inter alias dif-

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  23 G' 149$^{rb}$  23 Scarp. 690$^{b}$  28 D' 151$^{vb}$  29 J' 104$^{ra}$  31 K' 290$^{ra}$  36 M' 194$^{ra}$

---

14 est[2]] utrique *add.* T'  15 totus Deus[1]] *inv. sed corr.* D'  15 similiter] simpliciter Σ (*scr.* J'K'P'T')  15 sic] et *inser.* S'  17 cum] *om.* T'  17 quia] quod K'  21 cognata] connata Σ (*corr.* Y' cum nata A"G'M') (*scr.* J'K'W')  22 ut] *om.* K'P'  23 se] esse P'  24 dicens] *om.* K'  26 respectu] ratione *sed corr. i. m.* K'  26 comprehensae] *om.* P'  26 ea] eam Σ (*scr.* G'K'P')  27 extra] *om.* D'  27 est] *om.* T'  28 aliquid] quid D'(*corr.*)R' aliud W'  29 extra] eam *add.* J'K'P'T'(*del.*)  31 in re] vitae K'  31 vero] non *add.* R'  32 se] quod *add.* Σ (*om.* (*lac.*)P° quodam modo D') (*scr.* G'J'K'P'T')  33 sub completivo] complemento K'P'  34 Unde] *om. sed add. i. m.* D'  35 natura] universi *add. et del.* D'  36–37 vel quasi contenta] *om.* D'  38–39 differentias] dicimus S'

---

17–18 *Cant.*, V, 16.  20–22 AVICENNA, *Metaph.*, IV, c. 3 (ed. S. VAN RIET, p. 217,48–49).  23–24 ID., *ibid.* (ed. S. VAN RIET, p. 217,49–51).  24–27 ID., *ibid.* (ed. S. VAN RIET, p. 217,54–57).  37–38 ARIST., *Metaph.*, V, c. 26 (ed. R. PONZALLI, p. 212,2–213,8, Iunt. VIII, f. 137vM; 1023b 26–32); *De caelo*, I, c. 1 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 5,89; Iunt. V, f. 3rC; 268a 20–21).

ferentias quas PHILOSOPHUS ponit inter omne et totum in Vº Metaphysicae, et AVICENNA inter universum et totum in IVº Metaphysicae, illa est planior quam ponit AVICENNA in IVº Metaphysicae, quod «*totum* indifferenter *dicitur* in continuis et discretis, *universum vero* in discretis tantum», et quod «*totum dicitur respectu partis* simpliciter», ut | totum dicatur | in quantum continet partes simpliciter, universum vero in quantum continet unitates, quamvis omnis pars unitas sit et omnis unitas possit esse | pars. Et sic sola ratione differunt inter se totum et omne sive universum, et etiam ambo sola ratione differunt a perfecto, licet magis quam inter se.

Secundum hunc modum igitur usi sunt philosophi nomine totius in rebus creatis. Si igitur secundum istam significationem loquamur de toto, quia in Deo non est ratio partis, non potest transferri | ad divina et non potest Deus dici totus. Si vero laxemus, et extendamus rationem partis ad rationem cuiuslibet, quasi contenti sub ratione perfectionis et complementi in re cum ipso complemento vel ratione eius, sic potest transferri ad divina. Deus enim trinitas habet in se multitudinem attributorum et personarum et personalium proprietatum sub una ratione esse perfectissimi, ut habitum est supra.

Et ideo, sicut Deus trinitas dicitur perfectus, quia complementum sui esse habet in se, quod dicit non terminum consumentem sed consummantem, quia infinitatem includit, ut infra patebit, sic dicitur totus, quia multitudinem omnium quae ad suam perfectionem pertinent, in se continet, ut nihil eorum sit extra ipsum. Et quia non solum Deus trinitas complementum habet sui esse, sed continet quaecumque ad eam pertinent in se, tamquam quasi multa quaedam, ut infra videbitur loquendo de toto numerali in Deo, ideo non solum Deus trinitas dicitur perfectus et totus, sed etiam omnia quae sunt in ipso, ut personae, notiones, et attributa. Dicitur enim perfectus Pater, perfectus Filius, perfectus Spiritus sanctus, dicitur etiam totus Pater, totus Filius, totus Spiritus sanctus secundum illud in Symbolo, «*totae tres personae <coaeternae> sibi sunt et*

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   43 W' $158^{vb}$   43 Scarp. $691^{a}$   45 R' $141^{vb}$   50 P' $238^{ra}$

---

41 in] *om.* P'   40–41 illa … Metaphysicae] *om.* (*hom.*) D'R'   42 dicitur] habetur R'   42 universum] universus *sed corr.* D'   42 vero] *om.* K'   43 partis] tantum *add. et del.* D'   44 quamvis] quam Σ (*scr.* A"G'J'K'P')   45 pars] partis K'P'   47 quam] *om.* Σ   48 modum igitur] *inv.* K'P'   51 quasi] *om.* K'P'   57 non] propter *add. et del.* K'   57 terminum consumentem] *inv.* S'   58 includit] includat Σ (*scr.* J'K'P'T')   59 in se] in causam quae T'   59 continet] continent K'P'   62 videbitur] patebit A"M'P°Y'   63 sed] *om.* R'   64 et] *om.* T'   64 dicitur] Deus K'   66–67 et coaequales] *om.* P'

---

38–43 AVICENNA, *Metaph.*, IV, c. 3 (ed. S. VAN RIET, p. 217,59–218,69); ARIST., *Metaph.*, V, c. 26 in AVERR. *Comm.* 31 (ed. R. PONZALLI, p. 214,35–41, Iunt. VIIII, f. 138vG; 1023b 29–32).   55 Cf. *supra*, p. 46,268–273, cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 4 (ed. R. MACKEN, p. 65,51–66,66).   58 Cf. *infra*, p. 78,193–79,195.   62 Cf. *infra*, p. 56,2.   64–66 PS.-ATHANASIANUM, *Symbolum* «*Quicumque*» (ed. H. DENZINGER-A. SCHOENMETZER, nr. 75).

*coaequales*». Dicitur etiam perfecta sapientia, perfecta bonitas, perfecta generatio, perfecta spi|ratio, tota sapientia, tota bonitas, tota generatio, tota spiratio; et cetera, quia omnes rationes perfectionum respondentes eis in creaturis continent, | sicut continet divina essentia respectu omnium essentiarum creaturae, ut iam habitum est.

Unde, quia totum non secundum primam impositionem nominis potest transferri ad divina, sed solummodo secundum aliquam nominis relaxationem, ideo dicit DIONYSIUS, III$^{o}$ cap. De divinis nominibus: «*Deitas neque pars neque totum est, et totum et pars, ut omnem et | partem et totum in semetipsa coambiens et supereminens et excellens*». | Et quia, ut dictum est, totum indifferenter impositum est continuis et discretis, universum discretis tantum, et in continuo partes inter se unitatem habent in una forma continui, in discreto autem nequaquam, et in Deo quaecumque intelligatur multitudo quorumcumque, illa in unitate simplicis essentiae uniuntur, ideo nomen totius quod congruit continuo, potius transfertur ad divina quam | nomen universi, ut usitatius dicatur Deus totus quam universus, immo totus dicitur, universus nequaquam.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum patet per iam dicta. Licet enim «totus non dicitur nisi respectu partis in creaturis» | secundum primam nominis impositionem, secundum tamen nominis translationem dicitur respectu quorumlibet multorum quae in divina essentia continentur, ut dictum est.

Ad secundum dicendum quod non est simile de toto in creaturis et in Deo, quia in creaturis partes non uniuntur in uno simplici, sed re absoluta inter se differunt, propter quod non est ibi totum nisi omnium partium simul, integrantium rei quantitatem. In Deo autem omnis multitudo contenta in ipso unitur in simplici essentia, in qua est | id ipsum re, et sic essentia quodlibet

A Σ : A''D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    68 K' 290$^{rb}$    70 T' 185$^{vb}$    75 S' 133$^{rb}$    76 Scarp. 691$^{b}$    81 G' 149$^{va}$    86 A 191$^{ra}$    93 M' 194$^{rb}$

67 etiam] *om.* J'K'    69 rationes] *om. sed add. i. m.* D' spirationum *add. et del.* S'    70 essentiarum] eorum T'    74–75 neque … totum] neque totum neque pars Σ    75 pars$^{1}$] partes K'P'    75 omnem et partem] demum/divinum et perfecte Σ    77–78 discretis tantum] *inv.* Σ    78 tantum] autem T'    78 et] *om.* D'    78 una forma] *inv.* D'    78 continui] continua A''D'M'R'(?)S'W'    79 in Deo] ideo Σ (*def.* M')    80 uniuntur] et *add.* R'    85 Licet] si R'    86 nominis impositionem] *inv.* K'P'    87 nominis translationem] *inv.* K'P'    90 quia in creaturis] *om.* K'P'    91 ibi] ei K'P'    93 unitur] *add. et del.* D'    93 in] *om. sed add. s. l.* D'    93 quodlibet] quolibet Σ (*scr.* G'J'K'P')

71 Cf. *supra*, p. 33,399–34,421.    74–76 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 2, §10 (PL 122, 1124C–D; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 2, lectio 5, n. 61, ed. Torino-Roma, p. 62; *Dionysiaca*, I, p. 105; PG 3, 648C).    76 Cf. *supra*, p. 49,41–43.    85–86 Cf. *supra*, p. 47,5.    88 Cf. *supra*, p. 49,49–53.

illorum tota subintrat cum tota sua multitudine, quia unum illorum subintrat alterum. Propter quod in Deo totum est totum cuilibet illorum, ut, licet in creaturis | non sit totus homo pes aut manus, corpus aut anima, sed simul omnia haec, est tamen totus Deus sapientia, totus Deus bonitas, et sic de singulis absolutis. Totalitas enim et perfectio Dei, ut Deus est simpliciter, respicit solum absoluta et communia tribus personis, quia perfectio in Deo de absolutis est. Sunt enim tres personae unus perfectus, non tres perfecti, | similiter et unus totus, non tres toti, licet sint tres perfectae et tres totae personae, ut sub nomine totius et perfecti includatur proprietas relativa, constitutiva personae. Sed utrum huiusmodi totum sit quidquid est in Deo, ut utrum vere dicatur «totus Pater est paternitas», | an «totus Deus est paternitas», de hoc debet esse sermo inferius.

## | QUAESTIO 2

### UTRUM IN DEO SIT RATIO TOTIUS UNIVERSALIS

Circa | secundum arguitur, quod ratio totius universalis sive totum universale cadat in Deo.

Primo sic. AVICENNA, V[o] M e t a p h y s i c a e definiens universale dicit «*quod universale est* hoc *quod in intellectu non est impossibile praedicari de multis*». Quidquid ergo non est impossibile praedicari in intellectu de multis, est universale. In Deo autem non est impossibile praedicari de multis. Pater enim et Filius | et Spiritus sanctus multi sunt et plures in personis, et de ipsis communiter praedicatur universale in intellectu hoc nomen Deus, ut patet. Ergo etc.

Secundo sic. Praedicamentum relationis vere cadit in divinis et manet secundum rationem praedicamenti, ut habitum est supra. Sed non est ratio

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    96 P' 238[rb]    00 D' 152[ra]    04 K' 290[va]
1 A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    3 Bad. II f. 8[vF] Scarp. 692[a]    9 R' 142[ra]

---

95 ut] *om.* R'   96 sit] *om.* Σ (*add. i. m.* Y' est J')   97 tamen] cum S'W'   97 Deus[1]] *om.* D'R'S'W'P°Y'   99 et] in *add.* S'   01 et tres totae] *om.* K'P'   01 totae] tactae Σ (*corr. i. m.* D'Y') (*scr.* J'G'T')   01 ut] vel *sed corr. s. l.* D'   02 constitutiva] *lac.* S'   02 sed utrum] sed utrumque A"M'P° licet utrumque Y'   03 totus] *om.* K'   04 debet] *add. s. l.* T'   2 Utrum … universalis] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 47,4   6 in intellectu] intellectum Σ (intellectui J')   6 impossibile] possibile K'P'P°W'Y'(*corr.*)   7 in] *om.* A"G'J'M'   7 intellectu] intellectum S'   8 praedicari] praedicare S'   8 de] *om.* S'   10 communiter] *om.* R'   10 universale] v'e Σ (in multis *add. et del.* D' universale *del.* K' vero Y')   10 in] *om.* G'P°Y'   10 intellectu] vere *add.* K'   12 manet] manens A Σ (est manens J' movens R'W') (*scr.* K'P'Y')

---

04 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 75, q. 1 (ed. 1520, II, f. 291eK–L), q. 6 (f. 310rM).   5–7 AVICENNA, *Metaph.*, V, c. 1 (ed. S. VAN RIET, p. 228,19–20); ARIST., *De interpr.*, c. 7; 17a 39–40; ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 32, 10).   13 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 94,24–96,73).

praedicamenti quin habet rationem generis et ita universalis. Ergo etc. Et hoc patet esse in Deo, quia bene dicitur: | «paternitas est relatio, filiatio est relatio, spiratio est relatio». Et constat quod praedicatur de eis non aequivoce sed univoce» secundum idem nomen et eandem rationem. Ergo est vere commune eis ut genus vel ut species. Ergo etc.

Tertio sic. Forma quanto est simplicior, tanto magis est communicabilis, quia simplicitas est ratio communicabilis eiusdem ad plu|res vel plura. Essentia deitatis simplicissima est, ut habitum est supra. Ergo etc.

In contrarium est, quoniam non est universale, nisi ubi communitas formae secundum rationem nata est diversificari in pluribus secundum rem absolutam; secundum hoc enim dicit PHILOSOPHUS quod «*universale est unum in multis* et de multis». In Deo autem nulla cadit communitas realis absoluta, ut patet ex praedeterminatis. Ergo etc.

## <SOLUTIO>

Fundamentum determinationis in hac quaestione accipi debet ex alibi a nobis supra determinatis, et in quaestionibus quibusdam de quolibet, in quibus determinatum est de natura quidditatis et essentiae et suppositi, et de eis quae pertinent ad comparationem unius ad alterum. Est igitur hic sciendum, quod ratio universalis consistit non tam in modo praedicandi idem de pluribus, quam in natura et proprietate | rei praedicatae, quae debet esse natura et essentia aliqua. Duo enim includit in se universale: et ipsam rem quae est essentia et natura aliqua, et rationem praedicabilis de pluribus. Propter quod dicit AVICENNA, V[o] Metaphysicae, quod «*universale ex hoc quod est universale, est quiddam, et ex hoc quod est, cui accidit universalitas, est quiddam aliud.* Unde, *cum*, ut dicit, *fuerit* in natura sui consideratum, *homo vel equus erit* haec *intentio quae est huma|nitas, vel equinitas,* alia praeter | intentionem universalitatis. |

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’   15 W’ 159[ra]   20 Scarp. 692[b]   33 J’ 104[rb]   39 G’ 149[vb]   39 K’ 290[vb]   39 Scarp. 693[a]

---

14 habet] habeat K’P’   14 rationem] *om.* K’(*sed corr.*)P’   14 universalis] *lac.* S’   16 praedicatur] potentia S’   16 non] *om.* D’   17 univoce] aequivoce R’   17 et] secundum *add.* Σ   19 forma quanto] *inv.* T’   20 eiusdem] vel *add.* Σ (*def.* T’)   20 plures] *om.* T’   20 vel] ad *add.* Σ   22 quoniam] qui S’   22 communitas] *lac.* S’   23 nata] illata A”D’R’S’W’ in elata G’ *om.* (*lac.*) *add. i. m.* nata M’ (*scr.* J’K’P’P°T’Y’)   24 hoc] quod K’ *om.* P’   25 autem] *om. sed add. s. l.* D’   28 fundamentum] praedicamentum S’   29 supra determinatis] *inv.* T’   31 hic sciendum] *inv.* Σ   34 ipsam rem] *inv.* Σ   38 sui] sua *sed corr.* K’   39 alia] nulla W’

---

21 ID., *ibid.*, art. 29, q. 8 (ed. 1520, I, f. 177vL).   24–25 ARIST., *Anal. post.*, II, c. 19 (Transl. Anon., ed. MINIO-PALUELLO et B. G. DOD, p. 78,19–20; 100a 6–8); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 35, 124); cf. etiam ARIST., *De interpr.*, c. 7 (Transl. Boethii, ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 10,1–2; 17a 39–40); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 32, 10).   25–26 Cf. *supra*, p. 50,80–83.   28–31 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 28, q. 5, art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 168vA–169vG; 174v–177v); *Quodl.* IV, q. 4 (ed. 1518, I, f. 90vA–91vG).

*Definitio enim equinitatis est praeter definitionem universalitatis, nec universalitas continetur in* | *definitione equinitatis, sed est cui accidit universalitas,* et non solum universalitas sed et etiam singularitas. *Unde ipsa equinitas* | ex *se non est nisi equinitas tantum, nec multa, nec unum,* et sic de aliis multis proprietatibus suis, *sed ex hoc quod in eius definitione conveniunt multa, est communis* et *universalis,* et *ex hoc quod accipitur cum proprietatibus, est singularis*».

Et sicut est de essentia significata nomine absoluto, quod est ‹humanitas› vel ‹animalitas›, similiter est de eo cuius est, ut concreti significati nomine hominis | vel animalis. Ut enim dicit AVICENNA, «*est quiddam quod est animal vel homo consideratum in se ipso, secundum hoc quod est ipsum sine* | *conditione communis aut proprii aut unius aut multi. Animal enim ex hoc quod est animal et homo ex hoc quod est homo, scilicet quantum ad definitionem suam et intellectum* solum, *absque consideratione omnium aliorum quae communicantur, illud non est nisi animal* tantum *vel homo. Consideratio* igitur ex hoc quod est animal, *praecedit et animal quod est individuum et universale, sicut simplex praecedit compositum et sicut pars totum*».

Animal igitur secundum rationem triplicis esse consideratur, scilicet esse quidditativi et esse naturalis et esse rationis.

Et secundum primum esse praecedit esse naturale et esse rationis sicut simplex compositum, de quo dicit AVICENNA, libro V[o], cap. 8: «Hoc est, *cuius esse proprie dicitur divinum esse, quoniam* | *causa sui esse ex hoc quod est animal, est* divina *intentione*». lntelligo, quia habet rationem formalem et exemplarem in Deo, ut alibi exposui saepius.

Esse vero eius naturale est esse suum in particularibus et cum accidentibus naturalibus.

Esse vero rationis est esse eius in intellectu, quo abstrahitur a particularibus, in quibus habet esse naturae. Et sic, in quantum sic est forma abstracta a particularibus in intellectu, una et eadem definitione convenit multis parti-

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 41 P’ 238[va] 42 S’ 133[va] 49 T’ 186[ra] 50 M’ 149[va] 61 A 191[rb]

---

40 definitionem] intentionem K’P’ 42 etiam] *om.* K’P’ 43–44 aliis multis] *inv.* K’P’ 47 est[1]] *om.* K’P’ 48 significati] *om.* T’ 50 sine] sub K’P’ 51 enim] *inser.* T’ 53 aliorum] horum P’ *om.* K’ 55 individuum] praecedit *add. et del.* D’ 55 et[2]] *om.* D’W’ 57 rationem] et *add.* S’ 57 esse] *om.* S’ 58 rationis] sicut simplex *add. et del.* D’ 59 Et] *om.* R’ 61 proprie] propriam R’ 62 quia] ut K’P’ 62–63 et … Deo] in Deo et exemplarem K’P’ 64 cum] entibus *add. et del.* D’ 67 habet] *om.* K’P’ 67 esse naturae] essentiae G’(*corr. in* esse)M’R’S’T’W’ (*scr.* A”J’K’P’) 68–69 et … una] *om.* (*hom.*) T’

---

35–46 AVICENNA, *Metaph.*, V, c. 1 (ed. S. VAN RIET, p. 228,29–229,41). 49–56 ID., *ibid.* (ed. S. VAN RIET, p. 233,22–234,42). 60–62 ID., *ibid.*, V, c. 8 (ed. S. VAN RIET, p. 237,24–26). 63 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 1, q. 2 (ed. 1520, I, f. 6rI), q. 3 (ed. f. 10rG), q. 4 (ed. 11vD).

cularibus, et per hoc est universalis. Et forma illa sic abstracta est una secundum rationem, existens in multis particularibus multiplicata et de multis, quia per praedicationem eisdem a quibus est abstracta, est applicata. Propter quod dixit PHILOSOPHUS quod «*universale est unum in multis* et de multis», et COMMENTATOR super principium De anima: «*Intellectus* est qui operatur *universalitatem*» in rebus.

His visis patet, quae et qualis natura potest in se recipere rationem universalis, scilicet illa solummodo quae ex se ipsa, in quantum est de ratione quidditatis, est natura et essentia tantum, non concernendo rationem universalis vel particularis, sed na|ta in se recipere rationem utriusque et singularis et universalis. Singularis per esse determinatum, quod habet in supposito naturali. Universalis per hoc | quod nata est cadere in consideratione intellectus, | ut pluribus in quibus singulariter est multiplicata, nata est per praedicationem applicari, in quibus non est unum numero et re, sed tantum ratione et communitate universalitatis, quae solum est in re ut cadit in consideratione animae. Unde dicit AVICENNA: «*Non* est *possibile ut una* | *natura habeat esse in his sensibilibus ita ut actu sit universalis, id est ipsa una sit communis omnibus. Universalitas enim non accidit alicui naturae, nisi cum ceciderit in formatione intelligibili*». |

Forma igitur et natura quae de se, ut est natura et quidditas quaedam, concernit | rationem singularitatis, quia ex se est singularitas quaedam et ideo non nata est in consideratione intellectus cadere ut multiplicata in pluribus suppositis, nullo modo recipit in se rationem universalis, quia non potest esse in pluribus, quantum est ex ratione naturae suae multiplicata re et unica sola intentione, in quo consistit ratio universalis. Forma deitatis est huiusmodi, ut patet ex supra determinatis, quia est unica et singularis unitate rei in diversis suppositis. Idcirco simpliciter dicendum quod in ipsa nullo modo cadit ratio universalis. Quare, cum in divinis non sit alia res et natura nisi ipsa forma deitatis, et universalitas non fundatur nisi in natura et essentia rei, idcirco etiam nullo modo potest esse quod secundum aliquid quod est in Deo, cadat in ipso ratio universalis.

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    78 D' $152^{rb}$    80 Scarp. $693^{b}$    80 K' $291^{ra}$    84 R' $142^{rb}$    87 W' $159^{rb}$    89 P' $238^{vb}$

---

69 et[1]] *om.* K'P'   71 est[2]] *om.* S'   72 dixit] dicit K'P'   75 patet] *om.* D'M'   75 potest] ac *add. et del.* D'   77 tantum] *om.* D'   78 vel] et K'P'   81 ut] in *add.* D'   86 ceciderit] cederit Σ (dederit J')   88 quae de] quaedam T'   92 naturae] *om.* Σ (*scr.* J'K'P'T')   95 Idcirco] *om.* D'   96 quare] quia T' *om.* S'W'   97 in] *om.* Σ (cum G') (*scr.* J'K'P'T'Y')   97 rei] Dei K'

---

72 Cf. *supra*, p. 52,24–25.   73–74 AVERROES, *De an.*, I, comm. 8 (ed. ST. CRAWFORD, p. 12,25–26; Iunt. suppl. II, f. 4rC; ANON., *Auct. Arist.*, ed. J. HAMESSE, 6, 27).   84–87 AVICENNA, *Metaph.*, V, c. 2 (ed. S. VAN RIET, p. 241,7–10).   94 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 3 (ed. 1520, I, f. 152rA–153vD); cf. *supra*, p. 52,28–31; cf. etiam *Quodl.* IV, q. 8 (ed. 1518, I, f. 96vK): «Divinitas autem rationem universalis habere non potest, ut habet declarari in quaestionibus de totalitate Dei».

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, quod «in | Deo est aliquid secundum intellectum praedicabile de pluribus», dicendum quod aliquid contingit praedicari de pluribus unitate rei et rationis, vel unitate rationis tantum et diversitate rei. Praedicabile de pluribus isto secundo modo, illud est vere universale, et hoc contingit in formis creatis tantum secundum tres modos, quos tangit AVICENNA in principio V$^{i}$ Metaphysicae: «aut *quia actu praedicatur de multis sicut homo,* aut quia *est possibile praedicari de multis, etsi nullum habeat in effectu, sicut domus heptagona,* aut si unicum habet in effectu tantum, *sicut sol*». Et hoc modo nihil est praedicabile de pluribus in Deo, quia in ipso nulla cadit realis diversitas et forma Dei non patitur in pluribus multiplicationem. |

Ad secundum, quod «praedicamentum relationis manet in Deo, et non est praedicamentum nisi habeat rationem universalis», dicendum, secundum supra determinata in quaestione de praedicamentis, quod in praedicamento duplex est ratio, una qua unum praedicamentum distinguitur ab alio, alia qua quodlibet distinguitur intra se secundum generalissimum, specialissimum et subalternum. Secundum primam rationem verum est quod praedicamentum relationis manet in divinis, sed non secundum secundam. | Et secunda ratio sive comparatio sumitur secundum rationem universalis quae non manet in relatione translata ad divina, | quia relatio infra suum praedicamentum non distinguitur nisi per definitio|nem eius quod est res et natura in ipso, sicut neque aliquod aliorum, nunc autem relatio non habet realitatem nisi a suo fundamento. Unde relatio infra suum genus non distinguitur nisi per illa supra quae fundatur; et sic ratio universalis non est vere in ipsa, nisi quia fundatur in re universali. Unde non dicitur similitudo esse species ad hanc et illam, nisi quia albedo supra quam fundatur species, est ad hanc et ad illam, et sic de ceteris relationibus. Ut numquam in praedicamento relationis dicatur esse vera ratio universalis, nisi

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'     01 G' 150$^{ra}$     10 M' 194$^{vb}$     17 Scarp. 694$^{a}$     19 S' 133$^{vb}$     20 K' 291$^{rb}$

---

02 contingit] commune K'P'   03 vel … rationis] *om. sed add. i. m.* D'   03 rei$^{2}$] et *add.* Σ (de *add.* W') (*scr.* J'K'P'T'Y')   04 isto] primo modo contingit in Deo J'   04 secundo modo] *inv.* K'   04 illud] *om.* Σ   05 tres] rationes K'P' tales W'   06 multis] pluribus T'   07 multis] pluribus Σ   08 habet] habeat K'   12 praedicamentum] relationis *add.* K'P'   12 dicendum] quod *add.* A Σ   12 secundum] *om. sed add. s. l.* D'   14 ratio] *om.* R'   14 alio] qua *add. et del.* K'   15 intra] inter J'K'P'Y'   15 generalissimum] et *add.* J'R'   16 verum] *om.* K'P'   17 secunda] *om.* R'   11–19 ad … quia] *om.* S' (*in alternatione columnae*)   21 nunc … fundamento] *om.* K'P'   23 ipsa] esse S'   23 quia] *om.* D'   23 non] *om.* D'   24 et] ad *add.* T'   25 species est] *inv.* G'K'P'P°Y'(*corr. s. l.)*   25 est] *om.* Σ (*add. s. l.* Y') (*scr.* G'K'P')   25 ad$^{2}$] *om.* K'P'   26 nisi] *om.* K'P'

---

01–02 Cf. *supra*, p. 51,8.   05–08 AVICENNA, *Metaph.*, V, c. 1 (ed. S. VAN RIET, p. 227,7–10).   11–12 Cf. *supra*, p. 51,12–52,14.   12–13 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 79,14–29; 94,24–96,73); cf. art. 62, q. 4 (ed. 1520, II, f. 192vE).

quia fundatur in illo quod veram | rationem universalis habet. Quare, cum omnis relatio in Deo fundatur super divinam essentiam, quae nullo modo potest habere rationem universalis, nullo igitur modo relatio in Deo rationem universalis habet. Quamquam ergo relatio praedicetur univoce de paternitate, filiatione et spiratione, non tamen est vere universale illorum, quia non est unitas rationis praedicamentalis, sive unitate rationis in re aliqua multiplicata in | illis, quod requiritur ad rationem universalis.

Ad tertium quod «forma deitatis, quia est simplicissima, summe est communicabilis», dicendum quod verum est in eadem | singularitate, quod est contra rationem universalis, ut dictum est, quod in re debet habere unitatem rationis cum multiplicatione reali.

## | QUAESTIO 3

### UTRUM SIT IN IPSO RATIO TOTIUS NUMERALIS

| | Circa tertium arguitur, quod in Deo sit numerus et ratio totius numeralis.

Primo sic. In Deo sunt tres personae distinctae. «*Aut* ergo *genere aut specie aut numero*» sunt differentes; isti enim sunt tres modi diversorum in creaturis secundum PHILOSOPHUM, Iº Topicorum. Sed si genere vel specie, ergo numero, quia maior differentia includit minorem. Sed quae differunt numero, unum inter se constituunt. Ergo etc.

Secundo sic. Damascenus dicit: «*numero, non natura, differunt hypostases*». Ergo idem quod prius.

Tertio sic. Omnis multitudo numerus est, dicente AVICENNA, IIIº Metaphysicae: «*Multitudo ipse numerus est*». Trinitas personarum multitudo quaedam est. Ergo etc.

In contrarium est, quia, ut dicit BOETHIUS, De Trinitate: «*Hoc* est *vere unum, in quo nullus* est *numerus*». Deus est verissime unum, ut probatum est supra. Ergo etc.

---

A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 27 Scarp. 694[b] 32 P’ 239[ra] 35 T’ 186[rb]
1 A Σ : A”D’G’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 3 Bad. II f. 9[vM] Scarp. 694[a] 3 A 191[va]

---

27 quare] quia T’W’(?) 28–29 nullo … universalis] *i. m.* S’ 35 quod[2]] quae A”R’ non *add.* G’ 36 unitatem rationis] *inv.* D’ 2 Utrum … numeralis] *om.* A Σ; cf. p. 47,4–5. 6 si] non K’P’ in S’ 6 ergo] et *add. et del.* D’ 8 se] non *add.* J’

---

34–35 Cf. *supra*, p. 52,19–20. 36 Cf. *supra*, p. 54,75–83. 6 ARIST., *Top.*, I, c. 7 (Transl. Boethii, ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 12,17; Iunt. I, 3, f. 11rE); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 36, 14; 103a 7–8). 9–10 IOANNES DAMASC., *De fide orth.*, c. 50 (III, c. 6) (ed. E. BUYTAERT, p. 186,9–10; PG 94, 1001C). 11–12 AVICENNA, *Metaph.*, III, c. 3 (ed. S. VAN RIET, p. 116,56–57). 14–15 BOETHIUS. *De Trin.*, II, c. 2 (ed. N. M. HÄRING, in GILB. PORR. *Comm.*, p. 372,33; PL 64, 1309). 15–16 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 2; art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 149vO, 175rS–T).

## <SOLUTIO>

Hic | sunt advertenda quaedam superius determinata de natura numeri in quadam quaestione de simplicitate Dei, videlicet | quod omnis numerus proprie dictus ab unitate aliqua sumit originem, in qua virtute totus continetur, quemadmodum in continuo continentur infinita divisibilia. In quo unitas continui, quia accidit rei in qua est, accidit ei divisio et numerus ex divisione procedens, et non | solum ex divisione eorum quae actu fuerunt aliquando | in eodem continuo, sed eorum quae suam formam | et speciem habent in continuo, quoniam omnia talia, quantum est ex natura | et ratione continui, nata sunt esse unum continuum, et maxime illa quae nata sunt perficere eandem materiam, sed secundum diversas partes materiae diversis formis individualibus distinguuntur, quemadmodum numerantur generabilia et corruptibilia sub eadem specie. | Et ideo omnia quae sic numerantur, sunt multa numero sed specie unum, et in solis talibus est vera et perfecta ratio numeri. Cuius natura est, quod unitates eius specie conveniunt, secundum quam natae sunt esse unum in | continuo, et divisae sunt secundum formas numerales secundum | diversas partes materiae. Unde et illa quae diversa sunt specie, eo quod non sunt nata esse unum in continuo, quantum est ex natura specierum, non constituunt verum numerum. Talia enim, ut dicit AVICENNA, «*multa* sunt *sine numero*: multa quidem, quia plura ab invicem divisa; sine numero, quia sub nulla unitate nata redigi», secundum quod omnia ista patent ex ibidem determinatis.

Ex quibus colligimus duas conditiones quae verum numerum constituunt, quarum una est, quod illa quae numerantur, sunt plura divisa, secunda, quod nata sunt in unitate continui unius esse contenta. Primo debent esse ab invicem divisa, quia unita in continuo non numerantur nisi in potentia qua possibilia sunt ad divisionem, et ideo sunt unum et non habent numerum. Secundo debent esse sub eadem specie contenta, quia illa quae sunt diversarum specierum vel non sunt nata habere formam in materia, etsi sunt eiusdem speciei, quia numquam nata sunt esse unum in aliquo continuo a quo dividantur, etsi sint multa, non tamen sunt numerata.

---

A Σ : A"D'G'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    18 Scarp. 694[b]    19 J' 104[va]    23 D' 152[va]    23 K' 291[va]    24 R' 142[va]    25 W' 159[va]    28 G' 150[rb]    31 Scarp. 695[a]    32 M' 195[ra]

---

18 sunt advertenda] *inv.* K'P'    18–19 de … quaestione] in quadam quaestione de natura numeri K'P'    19 videlicet] scilicet T'    21 in[1]] *om.* Σ (*add. s. l.* Y') (*scr.* G'J'K'P'T')    21 divisibilia] indivisibilia (*sed in* divisibilia *corr.* T')    22 rei] ei Σ (*def.* G')    22 ex] in P' et *sed corr. in* in K'    24 suam formam] *inv.* S'    33 et] *om.* S'    33 diversa sunt] *inv.* D'    36 quia] sine *add.* P' sine numero *add.* K'    36 nata] sunt *add.* K'    39 quod[2]] quae R'    44 etsi] et R'    45 dividantur] dicuntur T'    46 tamen sunt] *inv.* D'

---

18–19 ID., *ibid.*, art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 175rV).    35–37 AVICENNA, *Metaph.*, III, c. 6 (ed. S. VAN RIET, p. 147,66–67); sub auctoritate Avicennae allegat Henricus de Gandavo verbotenus suam expositionem ex art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 176vA).

Quibus inspectis, dicimus quod in Deo ratio numeri simpliciter dicti nullo modo cadit.

Primo quia, etsi sit in Deo considerare plura secundum attributorum differentiam vel personarum distinctionem, | non tamen sunt divisa ab invicem sed in esse unita et unum simplex; et secundum hanc conditionem in Deo repugnat numero verissima unitas essentiae, quae nullam patitur partitionem aut divisionem. Propter quod dicit BOETHIUS, quod «*illud* est *vere unum, in quo nullus est numerus*». Unde, quia omnis alia forma quae est in creaturis, non est vere una sed partibilis per plura secundum numerum et supposita, ideo in ipsa aliqua ratio numeri cadit, scilicet ad minus numeri formalis, ut habitum est in praedeterminata quaestione.

Secundo in Deo non cadit numerus simpliciter, quia, etsi in Deo sint quoquo modo, ut dictum est, plura, vel attributa vel supposita vel suppositorum proprie|tates quae in suppositis comprehenduntur, non tamen ut sub eadem specie et forma respectus contenta. Non enim in Deo sunt plures patres vel plures filii vel plures spiritus sancti vel plures sapientiae aut plures bonitates, quasi sub ratione eiusdem speciei atomae contentae, sed quodlibet illorum est quasi una species respectus, non dico simpliciter species, quia ibi non est ratio universalis, ut dictum est; unde, etsi in Deo sub illis pluribus esset essentiae partitio, adhuc a vera ratione numeri | deficerent, ita quod nihil in Deo est de ratione numeri, | nisi in personis et attributis pluralitas. Quia tamen propter unitatem essentiae non est illa pluralitas simpliciter et absolute secundum rationem, non potest adhuc poni in Deo numerus simpliciter. Unde, quia non est ibi pluralitas simpliciter et absolute, sed cum determinatione, pluralitas scilicet attributorum et personarum, ideo in Deo nullo modo ponitur numerus simpliciter et absolute, sed sub determinatione, dicendo quod in Deo est numerus attributorum et personarum.

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 50 S’ $134^{ra}$ 60 K’ $291^{vb}$ 66 I $189^{ra}$(incipit) 67 Scarp. $695^{b}$

---

47 inspectis] in separatis R’ 47 in … dicti] ratio numeri simpliciter dicti in Deo K’P’ 49 quia] *om.* K’ 49 etsi] si Σ (*add. i. m.* Y’) (*scr.* J’K’P’T’) 52 patitur partitionem] *inv.* D’ 53 divisionem] essentiae *add.* R’ 53 illud] quod *add.* R’ 53 est vere] *inv.* K’P’ 55 supposita] et *add.* P’ 56 ad minus] ad illius Σ (*conf.* J’ aliquid illius K’P’) (*scr.* T’Y’) 59 est] *om.* M’T’ 59 supposita] suppositum A”G’M’ 59–60 vel$^{3}$ … suppositis] *om.* (*hom.*) S’ 62 vel$^{2}$] ut S’ 63 eiusdem] quidem S’ 63 sed] *om.* K’P’ 63–64 est quasi] *inv.* D’ 65 unde] *om. sed add. i. m.* D’ 66 a] substantia *add.* P’ 66 quod] sub *add. et del.* D’ 66 de] *om.* T’ 70 et] *om.* S’W’ 70 scilicet] *om.* G’ et *add.* Σ (*scr.* D’K’P’T’) 71 et] *om.* I’(*corr.*)P°S’W’Y’(*add. s. l.*) 72 sub] cum J’R’ 72 dicendo] *om. sed add. i. m.* D’

---

47–48 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1; art. 63, q. 3 (ed. 1520, I, f. 148vK; II, f. 198vM). 53–54 Cf. *supra*, p. 56,14–15; cf. art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147vC). 56–57 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147vE–148r). 59 Cf. *supra*, p. 49,53–55. 65 Cf. *supra*, p. 56,127–133; cf. *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 3 (ed. 1520, I, f. 153vD).

Et est iste alius a numero formali et numero accidentali mathematico, conveniens tamen cum utroque, sed plus cum numero formali, et maxime plurium differentium specie aut etiam genere.

Convenit enim cum | numero mathematico, quia ille a radice formae unitatis oritur, et numerus personarum et divinorum attributorum ortum habet a radice formae deitatis, quae singularitas et unitas quaedam est. Sed differt in hoc, quod in numero mathematico unitas dividitur ut fiat numerus, in numero autem personarum et attributorum una et eadem in singulis communiter habetur, et ita per ipsam | non numerantur sed per respectus formales in ipsa, ut supra habitum est de attributis, et infra | dicetur de personis. Illi autem respectus formales quasi specie differunt, ut dictum est.

Et in hoc differt numerus iste a numero formali, quod in illo numerata numquam radican|tur | in una forma singulari, sicut in isto et in illo numerantur per formas absolutas, in isto vero solum per formales respectus. Et sicut in praecedente quaestione unitas singularis divinae substantiae in tribus personis est ratio quare in Deo non potest esse universale, sic est ratio, quare in eo non potest esse numerus simpliciter. | Unde AUGUSTINUS, libro I$^{o}$ Contra Maximinum Arianum, qui personas separavit, dicit cap.$^{o}$ 8: «*Sine causa putas, nos numero coartari,* | *cum divinitatis potentia etiam rationem numeri excedat*». | Et quod istam potentiam appellat, qua singularis essentia potest simul esse in tribus, manifestat per illud quod continue subdit, dicens: «*Si enim animae* multae *hominum, accepto Spiritu sancto, quodam modo conflatae igne* | *caritatis unam animam fecerunt, quanto magis nos unum <Deum> dicimus semper sibi invicem, et inseparabiliter et ineffabili caritate cohaerentes, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum*».

---

A Σ : A''D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 77 A $191^{vb}$ 82 T' $186^{va}$ 83 G' $150^{va}$ 86 P' $239^{va}$ 86 M' $195^{rb}$ 90 W' $159^{vb}$ 92 D' $152^{vb}$ 93 R' $142^{vb}$ 96 K' $292^{ra}$

---

74 a numero] omnino S'W' 80 unitas] numerus K'P' 81–82 habetur] per *add. et del.* D' 82 numerantur] numeratur Σ 82 ipsa] ipso J'(?)K'P' 83 infra] multa K'(in$^{a}$ J') 85 iste] *om.* P' 87 solum] *om.* K'P' 90 quare] *om. sed add. i. m.* D' 90 eo] quod *add.* D' 92 putas] puta Σ (*scr.* J'K'P'T') 93 excedat] excedit Σ (*corr.* I' excedet T'(?)) (*scr.* J'K'P') 94 singularis] singulari Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P'T') 94 simul esse] *inv.* K'P' sumi J' 95 accepto] acceptu P' 96 fecerunt] fecerint Σ (*corr.* I') (*scr.* K'M'P') 97 semper] igitur *add.* K'P' *del.* K'

---

74 Ad species numerorum cf. art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 175vX–176rY). 83 Cf. *supra*, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 4 (ed. R. MACKEN, p. 66,87–67,15); cf. *infra*, art. 53, q. 10 (ed. 1520, II, f. 74rP). 84 Cf. *supra*, art. 39, q. 4 (ed. G. A. WILSON, p. 198,36–47). 88–89 Cf. *supra*, p. 54,93–96. 90–93 AUGUST., *Collatio cum Maximino Arianorum episcopo*, nr. 12 (ed. PL 42, 715A). 95–99 ID., *ibid.*

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum, quod «Pater, Filius et Spiritus Sanctus, quia sunt tres, ad minus differunt numero», dicendum quod re vera unum numero est hoc unum, quod cum alio uno est constituens numerum. Quare, cum unitas personae cum persona non constituit numerum, ut dictum est, non potest dici unum numero, sed est aliud genus unitatis quam sit | in creaturis, sicut et in Deo est alia ratio distinctionis suppositi, quam sit individuationis in creaturis, ut dictum est supra, ut secundum hoc in trinitate sit ponere unum et unum et unum, sed non numerum, secundum quod dicitur in libro De fide, cap.º 15: «Cum tertio *repetitur* unum, non numerus coacervatur, sed unum esse aliud asseritur gignens, genitus et procedens, tres quidem personae sed substantia una».

Ad secundum de Damasceno, dicendum quod non loquitur ibi de numero simpliciter et absolute, sed cum determinatione scilicet personarum, ut patet inspicienti.

Ad tertium, quod «multitudo est numerus», dicendum quod, cum «*nomen* non *imponit* nisi qui novit rem» secundum COMMENTATOREM, IXº Metaphysicae, secundum quod res nobis magis sunt notae, et secundum hoc | a nobis prius sunt rebus nomina imposita. Nunc autem ita est secundum PHILOSOPHUM, Xº Metaphysicae, quod «multitudo nobis est notior quam unitas», si|cut «compositum, quam simplex», ut habetur in principio Physicorum. Et ideo multo sive multitudini nomen prius est impositum, et deinde unitati, propter quod multum imponitur a modo affirmationis: «*mult*um enim secundum Philosophum, *est una plura*», id est ens divisum per unitates plures, unum

A Σ : A’’D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’   05 Scarp. 696[a]   16 S’ 134[rb]   19 I’ 189[rb]

01 primum] in oppositum *add. et del.* D’   01 Pater] et *add.* Σ   02 quod re vera] *inv.* Σ   03 uno] *om.* T’   06 ratio] *om.* D’   06 distinctionis] definitionis Σ (*corr.* I’)   08 dicitur] *om.* T’ *conf.* W’   11 de Damasceno] dictum Σ (*corr.* Y’) (*scr.* J’K’P’T’)   16 nobis … sunt] nobis sunt magis Σ (magis nobis sunt K’P’)   16 sunt] ignotae *add. et del.* D’   16 et] prius *add. (duplicatio)* A Σ   18 nobis est] *inv.* Σ   19 Physicorum] *om.* R’   22 divisum] *conf.* (d’inis non) Σ (*corr.* I’) (*scr.* G’J’K’P’T’)

01–02 Cf. *supra*, p. 56,4–5.   04 Cf. *supra*, p. 58,47–48.   06–07 Cf. *supra*, p. 54,75–83; cf. art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 177rD–E).   08–10 FULGENTIUS RUSPENSIS, *De fide ad Petrum*, c. 6 (ed. CC lat. 91A, p. 715,138–149; PL 40, 755).   11 Cf. *supra*, p. 56,9–10.   14 Cf. *supra*, p. 56,11.   14–16 AVERROES, *Metaph.*, VII, comm. 54 (ed. Iunt. VIII, f. 202vM) *i. m.*: «Nullus imponit nomen rei quam ignorat» (rectius hic adnotatur Metaph. VII); cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147vD); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 197).   17–18 ARIST., *Metaph.*, X, c. 3, in THOMAE DE AQ. *Comm.* X, lectio 4, n. 1991 (ed. Torino-Roma, p. 475b): «Unde multitudo ratione prius est quam indivisibile» (Iunt. VIII, f. 257vM; 1054a 29–30); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 54).   19–20 ARIST., *Phys.*, I, c. 1 (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 7rC; Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 7,13–8,2; 184a 21–22, 29–30); cf. AVERROES, *De caelo*, II, comm. 22 (Iunt. V, f. 109vM): «simplex est prius composito».   21–22 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 176vA): «Est enim, ut dicit Philosophus in X Metaph., multa una plura». Cf. ARIST., *Metaph.*, X, c. 6 (1056b 20).

vero significat modo negationis et privationis illius divisionis quae significatur nomine multi, unum enim est ens indivisum, secundum quod haec manifesta sunt ex supra determinatis.

Est tamen advertendum quod, licet divisio secundum modum nominis positive significat, secundum rem tamen non nisi privationem dicit. Divisio enim non est nisi aliquorum ab invicem amotio, e converso autem indivisio, licet secundum modum nominis significet negationem vel negative, illa tamen negatio non est nisi nega|tionis, et ita secundum rem vera positio, quae tanto maior est quanto res simplicior et maioris unitatis. Multitudo ergo et multum, et generaliter | omnes termini numerales, suo nomine semper important unitatum ab invicem separationem et divisionem, quae secundum rem est negatio unionis. Quia igitur in Deo nulla est unitatum ab invicem separatio aut divisio, neque locum habet aliqua illius unionis negatio quae est in verissima unitate essentiae deitatis, in qua tres personae sunt vere | unum, ideo in Deo non cadit nomen multitudinis aut multi simpliciter et absolute, sicut neque nomen nu|meri. Et trinitas personarum non est simpliciter multitudo, quia licet sit trium, non tamen est earum divisio, sed indivisa unitas, neque tres | personae sunt multae simpliciter eadem ratione, sed sunt multae personae, sive in personalitate sicut multitudo, et numerus earum non simpliciter est numerus, sed personarum tantum, ut dictum est.

Quod si dicatur quod in personis est distinctio, licet non divisio, et secundum hoc sunt ibi vere et simpliciter tres unitates, ergo et vera multitudo sive numerus, dicendum secundum praedicta quod non sequitur, quoniam non sunt huiusmodi unitates quasi speciei eiusdem, quales debent | esse unitates quae constituunt numerum simpliciter, sed sunt ad modum quo in creaturis sunt diversae unitates suppositorum secundum speciem diversorum, in quibus non est numerus simpliciter sed cum determinatione numerus formarum, ut patet ex supra determinatis. Et iuxta hunc modum in Deo trium personarum non est | aliquis numerus simpliciter, sed cum determinatione tantum, scilicet suppositorum relativorum.

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    30 Scarp. 696[b]    32 P' 239[vb]    36 K' 292[rb]    37 G' 150[vb]    39 M' 195[va]    46 J' 104[vb]    51 A 192[ra]

---

25 ex] *om.* Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* G'J'K'P'T')    27 nisi] enim S'    28 ab] ad Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* G'K'P°T'Y')    28–29 indivisio, licet] *inv.* K'    32 semper] *om.* P' tantum *del.* K'    33 ab] ad R'    34 ab invicem] *om.* T'    34 ab] ad D'G'(*corr.*)I'(*corr.*)J'R'S'(T' *def.*)W'Y'(*corr.*)    36 sunt vere] *inv.* Σ    37 numeri] *conf.* K'    39 est] *om. sed add. s. l.* D'    43 quod … dicatur] *om.* T'    43 distinctio] divisio *del. et add. i. m.* distinctio D'    43 et] sed S'    46 sunt] est K'P'    46 eiusdem] eius Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P'T')

---

25 Cf. *supra*, p. 58,47–48; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147rB).    41–42 Cf. *supra*, p. 58,69–71, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147vE–148r).    45 Cf. *supra*, p. 59,85–88.    50 Cf. *supra*, p. 59,85–88, cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 1 (ed. 1520, I, f. 147rV–v).

## | QUAESTIO 4

### UTRUM IN IPSO SIT RATIO TOTIUS VIRTUALIS

| Circa quartum arguitur, quod in Deo sit ponendum totum virtuale sive potestativum.

Primo sic. Totum illud, quod intrat secundum totam naturam suam quodlibet illorum respectu quorum dicitur totum, est totum potentiale. Haec enim est natura totius virtualis. Quod patet per BOETHIUM, Libro divisionum assignantem differentiam inter totum virtuale et totum in quantitate, in hoc scilicet quod «totum virtuale ut *substantia animae iungitur potentiis*, quod non fit in toto secundum quantitatem», et similiter praedicatur de qualibet parte, quod non contingit in toto secundum quantitatem. Deus | secundum totam naturam suam intrat quodlibet attributum eius et quaecumque considerantur in eo, ad quae dicitur totum, ut habitum est et iam amplius exponetur. Ergo etc. |

Secundo sic. Mens in homine est totum virtuale ad intellectum et voluntatem, quae sunt partes imaginis, quibus respondent communia attributa in Deo quae sunt intellectus et voluntas. | Cum ergo totalitas sit perfectionis et dignitatis, quia secundum | PHILOSOPHUM, III° Physicorum «*totum et perfectum aut idem penitus* sunt, *aut proxima secundum naturam*», et omnem rationem dignitatis et perfectionis in Deo debemus ponere, ut patet ex supra determinatis, in Deo ergo ponenda est ratio totius ad voluntatem et intellectum secundum correspondentiam illius quod est in homine. Quare, cum illud in homine non est nisi totum virtuale, ergo etc.

In contrarium est, quoniam secundum BOETHIUM, Libro divisionum, «totum virtuale reducitur | ad totum universale et ad totum integra|le». Quare,

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  1 A Σ : A"D'G'I'J'M'K'P'P°R'S'T'W'Y'  3 Bad. II f. 10[rV] Scarp. 697[a]  11 W' 160[ra]  14 T' 186[vb]  17 R' 143[ra]  18 D' 153[ra]  25 I' 189[va]  25 K' 279[va]

---

2 Utrum … virtualis] *om.* A Σ; cf. p. 47,5.  3 ponendum] ponere K'  5 totum] *om.* Σ (*corr.* I')  5 suam] *om.* T'  10–11 et … quantitatem] *om.* W'  10 parte] *om.* K'P'T'  11–12 naturam suam] *inv.* Σ (*scr.* J'K'P')  12 attributum] attributorum K'P'  13 ad quae] a quo Σ (*corr.* I' iam K' quod P') (*scr.* T')  16 communia] omnia K'P'  19 penitus] positus S'  19 rationem] *om.* D'  20 et] ut P'  20 determinatis] dictis D'  21 ergo ponenda est] est ergo ponenda T'  22 quare … homine] *om.* (*hom.*) S'

---

7–10 BOETHIUS, *De divisione* (PL 64, 888C); in hac tota quaestione repetit Henricus sententias Boethii secundum suam in *Quodl.* III, q. 14 factam expositionem; cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 68v).  13 Cf. *supra*, p. 49,60–64; cf. *infra*, p. 65,100–106.  18–19 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,16–17; in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 193,69–70; Iunt. IV, f. 115vk; 207a 13–14).  20 Cf. *supra*, p. 49,60–64, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art 32, q. 2 (ed. R. Macken, p. 45,70–76).  24–25 BOETHIUS, *De divisione* (PL 64, 887D–888C) cum expositione Henrici in *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 68v).

cum nec totum universale nec totum integrale habet esse in Deo, ut supra determinatum est, quare similiter neque totum virtuale.

<SOLUTIO>

Dicendum ad hoc, quod secundum iam determinata ratio totius cadit in Deo differenter a ratione perfecti, ex hoc scilicet quod ratio totius est in Deo, sicut et | in aliis, respectu multitudinis comprehensae in eo, ratio vero perfecti est in eo quod attingit suum complementum in esse. Ut sic totum et perfectum sint idem re et sola differant ratione, quia perfectum dicitur habendo respectum ad comple|mentum, totum vero habendo respectum ad omnia contenta in re, in quibus includitur complementum. Et ideo PHILOSOPHUS, definiendo perfectum et | totum, dicit quod «*perfectum est non nisi illud quod habet complementum, totum vero cui nihil abest*». Et ut dicit, «sic*ut definimus* hoc modo *totum* quod est aliquod singulare, *ut totum hominem aut arcam, sic et quod est proprie ut totum, est cuius nihil est extra*».

Ubi est advertendum ad perfectam notitiam totalitatis Dei, quod PHILOSOPHUS signanter dicit «*quod est proprie ut totum*», quia est aliquod totum quod non est proprie totum, et est aliquod totum quod est proprie totum. Ut enim ibi dicit COMMENTATOR, «*sicut* ‹cuius nihil est extra› *est definitio totius in particularibus quae non sunt tot*a *in rei veritate, cum* sit *aliquid extra, licet non sit pars eorum*», quemadmodum extra hominem, cum est totus, licet non sit extra ipsum aliquid de intraneis, scilicet pertinens ad substantiam eius, est tamen extra ipsum aliquid extraneum quod non est de substantia eius, ut ligna, lapides et huiusmodi. «*Ita est definitio totius in rei veritate, et est* ‹*illud* cuius *nihil est extra omnino neque de substantia sua neque alia*›». | «*Neque de sua substantia*», scilicet individuali et singulari, secundum quod dicitur homo totus

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 31 P’ 240[ra] 34 Scarp. 697[b] 36 S’ 134[va] 49 M’ 195[vb]

26 totum integrale] *inv. sed corr.* P’ 27 neque] nec I’K’ 29 hoc] *om.* J’ 29 quod] *om.* Σ (*scr.* I’) 29 secundum] *om. add. s. l.* I’ 30 a] *om.* K’ 33 sola … ratione] *inv.* K’ 33 ratione] *om.* S’ 33 perfectum] *corr. ex* factum P’ 35–36 perfectum et totum] totum et perfectum Σ 36–37 totum … modo] *om.* (*hom.*) T’ 38 et] *om.* D’ 39 cuius] cui R’ 45 cum est] *conf.* Σ (*corr.* I’ cum sit K’P’) (*scr.* T’) 47 eius] est P’ *om.* K’ 47 ligna] ling[a] A”I’S’W’(*conf.*) 49 nihil … extra] extra nihil est K’ 49 substantia sua] *inv.* I’P’S’

26–27 Cf. *supra*, p. 48,34–37. 32–33 Cf. ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,16–17; Iunt. IV, f. 115vK; 207a 13). 35–37 ID., *ibid.* (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 115vL; Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,17–18, 12–13; Iunt. IV, f. 115rE; 207a 14, 8–9). 37–39 ID., *ibid.* (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,12–14; Iunt. IV, f. 115rE; 207a 9–11). 41–42 ID., *ibid.* (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,14; Iunt. IV, f. 115rE; 207a 11); cf. ARIST., *Metaph.*, V, c. 26 (ed. R. PONZALLI, p. 212,1–4; Iunt. VIII, f. 137vK; 1023b 26–27). 42–45 AVERROES, *Phys.*, IV, comm. 63 (Iunt. IV, f. 115vH–I). 48–49 ID., *ibid.* (Iunt. IV, f. 115vI).

et perfectus, quia nihil est extra ipsum, quod ad singularitatem suae substantiae pertinet. «*Neque de alia*», et hoc dupliciter: neque scilicet de alia suae speciei, neque de alia etiam alterius speciei.

Propter primum sunt diminute tota et perfecta, singularia illa quae sunt plura individua sub eadem specie, dicente COMMENTATORE super I$^{um}$ Caeli et mundi: «*Quod invenitur* plus *quam unum, est diminutum, quia si esset perfectum, sufficeret esse unum. Et haec est causa esse multorum individuorum unius speciei, scilicet quod propter diminutionem non fuit natura contenta in esse unius*». Propter secundum sunt diminute tota et perfecta illa individua, quae secundum philosophos quosdam continent in se totam naturam speciei, ita quod non sit nata esse in alio individuo, ut sunt individuum solis et lunae et cuiuslibet substantiae separatae, quia, etsi extra illa non sit aut nec possibile | sit esse secundum philosophos aliquid suae speciei, quod non putamus esse verum, ut alibi saepius diximus, est tamen extra illa aliquid naturae extraneae extra naturam suae speciei.

Et secundum hoc dicit PHILOSOPHUS in principio Caeli et mundi: «Omnia individua corporalia contenta in universo diminuta sunt, sed corpus universi est *totum* et perfectum | *non diminutum*». Ubi dicit COMMENTATOR: «*quod est totu*m *et perfectu*m *secundum quod partes eius sunt perfectae*», scilicet quia nihil est extra ipsum quod est de substantia sua et partium suarum, et hoc quoad primum modum eius cuius nihil est extra, et secundum quod non est plus uno individuo. Credidit enim quod impossibile esset fieri alium mundum suae speciei, et hoc quoad secundum modum, et quoniam nihil continet ipsum, scilicet quia non est omnino aliud corpus extra ipsum, etiam alterius | speciei aut generis, neque possibile est esse, secundum quod ipse | supposuit, et hoc quoad tertium modum. Et licet iuxta iam dictum modum corpus universi esset totum et perfectum in genere corporum, non tamen esset totum et perfectum simpliciter tamquam id extra quod nihil est omnino, quia extra naturam cor-

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 63 K' 292$^{vb}$ 68 Scarp. 698$^{a}$ 74 A 192$^{rb}$ 75 P' 240$^{rb}$

---

52 scilicet … alia] de alia scilicet T' 54 diminute] diminuta K'P' 55 eadem] una Σ (*corr. i. m.* I') 55 super] ipsum *add.* P' 60 philosophos] philosophum R' 62 nec possibile] possibile non K'P' 63 esse] *sup. lin.* T' 63 quod] *om.* S' 63 non] *om.* Σ (*corr. s. l.* I') (*scr.* G') 64 extraneae] extra nec K'P' *om.* J' 66 dicit Philosophus] *inv.* S' 68 universi] unius Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* G'J'K'P'T') 68–69 non … perfectum] *om.* (*hom.*) S' 70 substantia sua] *inv.* T' 70 partium suarum] *inv.* Σ 71 cuius] *om.* P' 72 plus] prius R'W' 72 credidit] *conf.* Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P'T'Y') 75–76 hoc quoad] quo hoc *add.* S' 76 iuxta] *om.* K'P' *illeg.* J' 76 iam] *om.* T' 78 tamquam] tn q$^{m}$ K'P' 78 id] illud Σ (*scr.* K'P'T'Y') 78 quia] nihil *add. et del.* D'

---

55–59 AVERROES, *De caelo*, I, comm. 4 (Iunt. V, f. 4vG–H). 64 Cf. *supra*, p. 52,28–31; cf. *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 7 (ed. 1520, I, f. 177rD–E). 66–68 ARIST., *De caelo*, I, c. 1, in ALBERTI M. *Comm.* (ed. P. HOSSFELD, p. 6,80–81; Iunt. V, f. 3vI–L; 268b 8–10). 68–69 AVERROES, *ibid.*, comm. 4 (Iunt. V, f. 4vH).

porum sunt substantiae spirituales, etiam extra universum, ut est contentivum omnis creaturae, est ipse Creator; et sic omnino totum et perfectum non potest dici universitas creaturarum.

Quare, cum omne imperfectum | et diminutum habet reduci ad perfectum, oportet ascendere ad Creatorem, in ipso ponendo completam ra|tionem totius et perfecti. Et quia nihil est completius et perfectius universitas creaturae cum ipso, quam ipse per se, quia nihil melius, ut iam supra ostensum est, idcirco in rerum universitate non est ponendum aliquid simpliciter totum et perfectum, nisi ipsum Deum creatorem, et hoc quia ipse solus perfectus est | et totus secundum tres modos praedictos eius, cuius nihil est extra. Et hoc, quia nihil est extra ipsum quod est de substantia et essentia deitatis et singularitatis suae, sive attributorum eius aut aliquorum quae pertinent ad ipsum. Et quia nihil simpliciter et omnino quod est divinae essentiae et naturae, est aut etiam potest esse extra ipsum, quia deitas singularitas quae|dam est, — propter quod in natura deitatis non possunt esse plures dii, neque Deus rationem universalis habere potest, secundum quod haec omnia | iam supra exposita sunt. — Et quia nihil omnino extra ipsum est, neque potest esse, neque naturae suae neque alterius, — quaecumque enim extra ipsum sunt secundum proprias naturas limitatas, — intra ipsum sunt secundum rationes perfectionum suarum modo eminentiori quam sint in propriis naturis, secundum quod supra expositum est, et inferius exponendum, loquendo de esse creatura|rum in Deo.

In hoc ergo consistit divina totalitas, quod universaliter omnium est conten|tiva intra se, sive sint in creaturis, quae continet quoad essentias creaturarum in rationibus perfectionalibus, sive quoad illa quae dicunt aliquid dignitatis simpliciter in creaturis in rationibus attributalibus, sive non sint in creaturis, et hoc quoad | aliqua | quae pertinent ad personas, aut ad talia attributa quae forte sunt tantae excellentiae et dignitatis, quod nihil habent sibi correspondens in creaturis.

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 82 W’ 160$^{rb}$ 83 I’ 189$^{vb}$ 87 D’ 153$^{rb}$ 92 T’ 187$^{ra}$ 94 R’ 143$^{rb}$ 99 K’ 293$^{ra}$ 01 S’ 134$^{vb}$ 04 Scarp. 698$^{b}$ 04 M’ 196$^{ra}$

79 spirituales … contentivum] *om.* S’ 79 etiam] et K’P’ 80 omnino] *om.* Σ (*add. i. m.* I’) 82 cum omne] *conf.* D’I’(*corr. i. m.*)M’R’S’W’ (*scr.* A”G’J’K’P’T’Y’) 83 ponendo] posito I’(*corr.*)M’R’S’W’(*conf.*) 86 ponendum] ponere K’ 90 sive] scilicet K’P’ 90 pertinent] pertinet T’ 90 Et] *om.* Σ (*add. s. l.* I’) (*scr.* K’P’T’) 95 extra … est] est extra ipsum Σ 96 enim] *om.* S’ 96 limitatas] extra ipsum *add. et del.* K’ 97 secundum] *om.* K’P’ 98 in propriis naturis] ad proprias naturas R’ 99 exponendum] est *add.* D’R’ 00 ergo] *om.* D’ 00 divina] *om.* S’ 00 omnium est] *inv.* K’ 03 attributalibus] attributionalibus Σ (*corr.* I’) (*scr.* A”J’K’P’T’) 05 sunt tantae] *inv.* Σ (*scr.* K’P’) 05 quod] quia T’ 05 correspondens] respondens T’

85 Cf. *supra*, p. 35,462–465. 94 Cf. *supra*, p. 52,28–31; cf. etiam art. 25, q. 3 (ed. 1520, I, f. 152ra–157rZ). 98 Cf. *supra*, p. 41,148–151, p. 38,65. 98–99 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLIV–XLVI).

Secundum igitur rationem talium contentorum in Deo iudicari debet modus divinae totalitatis, et si transcurramus omnes modos totalitatis, qui sunt totius integralis et totius universalis et totius virtualis, nullus illorum proprie potest poni in Deo.

Non primus, quia non sunt partes integrantes quantitatem aut essentiam suam, ut habitum est supra.

Neque similiter partes subiectivae universalis, quia in ipso non cadit ratio universalis, ut iam expositum est.

Neque ratio totius virtualis, quia in toto virtuali coincidunt rationes totius integri, non dico integrantis quantitatem sed integrantis rei essentiam, quarum neutra cadit in Deo, iuxta quod processit ultima ratio. Illud autem declaratur hoc modo. Cum enim anima sit totum virtuale ad vegetabile, sensibile et rationale, et «anima est forma corporis animati | in quantum animatum est», et corpus animatum tamquam genus dividitur per animatum cognitivum et non cognitivum, et animatum non cognitivum sit vegetabile, cognitivum autem subdividitur in cognitivum rationativum quod est cognitivum rationale, et in cognitivum non rationativum quod est cognitivum sensibile tantum, animatum simpliciter in ordine differentiarum est universale ad cognitivum et non cognitivum sive vegetabile, et similiter cognitivum simpliciter est universale ad cognitivum rationativum quod est rationale, et cognitivum non rationativum quod est cognitivum sensibile tantum. Et sic vegetabile, sensibile et rationale quae sunt partes virtuales animae, a qua habet corpus esse animatum simpliciter, continentur ut partes subiectivae sub animato, et rationale et sensibile sub animato cognitivo, et sic reducitur totum virtuale ad totum universale. Quia vero differentiae tam superiores et universaliores, quam inferiores et particulares, simul cum genere concurrunt ad integrandum essentiam speciei, per hoc totum virtuale reducitur ad totum integrale, ut id ipsum cadat in ratione totius universalis et totius integri et totius virtualis, et eaedem sint partes hinc et inde.

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 19 P’ 240[va]

---

08 qui] quae A I’(*corr.*)J’ 11 quantitatem] quantitative Σ (*corr.* I’) (*scr.* J’K’P’T’) 13 neque] nec K’ 15 totius virtualis] *inv.* K’ 16 integri] integrantis *corr.* S’ 17 illud] id A”I’(*corr. in* istud)M’R’Y’S’Y’ 18–19 rationale] rationabile I’J’(?)M’ 19 et[1]] etiam Σ (*scr.* J’K’P’T’) 19 est] forma … animatum *iter.* S’ 20 animatum[1]] et *add.* R’ 20 et] anima *add. et del.* D’ 21 animatum] et *add.* R’ 22 rationale] corporale K’P’ to[le] J’ 26 rationale] totale K’P’ 26 et] *om.* P’ 27 vegetabile] tn(?) *add. et del.* D’ 27 sensibile] tm(?) *add. et del.* D’ 27 et] *om.* K’P’ 27 rationale] totale P’ 28 a] *om.* K’P’ 29 subiectivae] subiectivas K’P’ 29 sub animato] *om.* P’ 31 universaliores] universale P’ *om.* T’ 32 speciei] et *add. et del.* D’ 33 ut] ad Σ (*corr.* I’Y’) (*scr.* G’J’K’P’T’) 34 integri] integralis Σ (*scr.* K’P’T’) 34 sint] sit K’

---

12 Cf. *supra*, p. 49,49–53. 14 Cf. *supra*, p. 54,93–96. 17–18 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 68r–vZ). 19 Cf. *infra*, p. 67,138–139.

Ad cuius intellectum sciendum, quod vegetabile, sensibile et rationale alio modo sunt nomina differentiarum corporis animati, alio vero modo sunt partes | animae virtuales, quoniam, cum «anima sit forma corporis animati | secundum quod animatum est», ut determinat PHILOSOPHUS in principio II$^{i}$ De anima, et per hoc se habet ad corpus in ratione principii formalis et dantis esse, secundum quod | dicit in eodem, «*causa ipsius esse omnibus substantia est*, scilicet quae est forma, *vivere autem viventibus est esse, causa autem et principium horum anima est*», similiter se habet ad corpus in ratione principii | agentis et motivi et dantis operari, secundum quod determinat ibidem de motu locali, sensitivo et augmentativo.

Secundum igitur quod anima consideratur ut *forma corporis animati* et ut simpliciter dicitur tamquam *intentio* communis, ab ipsa sumitur ratio differentiae communis, quae est divisiva corporis simpliciter et constitutiva corporis animati. Et secundum quod secundum diversos gradus et intentiones nata est animare sub ipsa per ordinem, differentiae corporis animati sunt vegetabile, sensibile, rationale. Secundum vero quod consideratur ut principium operativum in corpore animato, non ut simpliciter et ut intentio | communis, sed ut res determinata, ipsa habet rationem totius virtualis. Et secundum quod est principium diversarum operationum, partes virtuales sunt vegetabile, sensibile et rationale, quae re non sunt aliud quam ipsa substantia animae rationalis, et non addunt super ipsam nisi rationem respectus ad actus, secundum quod alias determinavimus in quadam quaestione de quolibet.

Unde, quia talis respectus non ponit substantiam aliquam aut accidens aut intentionem aliam super essentiam rei, neque super se, | ideo secundum BOETHIUM, divisio | totius virtualis media est inter divisiones per se, in quibus

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  38 K’ 293$^{rb}$  38 I’ 190$^{va}$  41 Scarp. 699$^{a}$  43 A 192$^{va}$  52 W’ 160$^{va}$  59 M’ 196$^{rb}$  60 D’ 153$^{va}$

---

41 causa] causam T’ *om.* (*lac.*) R’  47 tamquam] *om.* D’  47–48 ab … communis] *om.* (*hom.*) S’  49–50 est … corporis] *om.* P’  50 animare] corpus *add.* J’  51 consideratur] constituitur T’  55 et$^{1}$] *om.* Σ  56 addunt] addant D(?)M’ addit W’  56 ad actus] *iter.* D’  58 aliquam] actus *add. et del.* D’  60 divisio] *iter.* (*in alternatione folii*) D’  60 per se] *om.* K’P’

---

38–40 ARIST., *De an.*, II, c. 1 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. CL. STROICK, p. 66,91; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 133,22–23; Iunt. Suppl. II, f. 51rB; 412a 27–28); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 6, 41). *Quodl.* III, q. 8 et q. 14 (ed. 1518, I, f. 59rE, 68rZ) definit Magister: «anima humana est actus corporis organici potentia vitam habens»; *Quodl.* IV, q. 13 (ed. 1518, I, f. 95vR, 96rT) scribit de anima «quae est forma», «quae est una forma in homine».  41–43 ID., *ibid.*, c. 4, in ALBERTI M. *Comm.* (ed. CL. STROICK, 85,71–73; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 184,4–5; 185,1–2; 415b 12–14).  44–45 ID., *ibid.*, in ALBERTI M. *Comm.* (ed. CL. STROICK, p. 73,85–86; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 156,2–6; Iunt. Suppl. II, f. 58rA; 413b 11–13).  46–47 AVERROIS *De an.*, II, comm. 37 (ed. St. Crawford), p. 186,30–187,35; Iunt. Suppl. II, f. 69rB–C; cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 68vZ).  56–57 HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 66rN–71rN).

| dividentia aliquid differens re vel intentione | addunt super invicem, et inter divisiones per accidens, in quibus dividentia aliquid differens secundum rem addunt super invicem.

Est etiam media inter divisionem totius universalis in partes subiectivas et totius integri in partes integrales, et secundum BOETHIUM differt ab utraque et convenit cum utraque. Differt enim a divisione totius universalis, quia universale divisum | habet esse in dividentibus per compositionem, saltem secundum diversas intentiones, quibus species componitur ex genere et differentia et individuum ex ratione essentiae et suppositi, ut determinatum est supra. Totum vero virtuale divisum habet esse absque omni compositione in singulis dividentibus: respectus enim additur suo fundamento absque omni compositione. Convenit autem cum eadem, quia totum virtuale praedicatur de partibus sicut totum universale de suppositis. | Differt etiam a divisione totius integri, quia, ut dicit BOETHIUS, «*potentiis substantia animae iungitur*, in eo scilicet quod tota *substantia animae* quamlibet potentiam *subintrat*». Non sic autem totum inte|grale, convenit autem cum eadem, quia in utraque pars una sine aliis duabus potest esse seorsum in alio, vel duae sine tertia, ut| vegetabile in plantis sine sensitivo, et vegetabile et sensitivum in brutis sine rationali, quemadmodum fundamentum potest esse sine pariete et tecto, et fundamentum cum pariete sine tecto, licet non contingat illud per univocationem omnimodam in toto virtuali sicut in toto integrali.

Ad quaestionem igitur descendendo, dicimus quod nullius totius ratio, determinati a BOETHIO, proprie convenit Deo, neque universalis neque integralis neque virtualis, sed nullo modo ratio totius universalis aut integralis, ut dictum est, aliquo tamen modo ratio totius virtualis, et hoc secundum id quo differt a ratione totius universalis et integralis, in hoc enim quod totum virtuale subintrat per omnimodam realem identitatem illa quae continet, quod non contingit in toto integrali, et absque omni compositione, quod non contingit in toto universali, ut

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 61 S’ 135ra 61 P’ 240vb 67 R’ 143va 73 T’ 187rb 76 K’ 293va 77 Scarp. 699b

---

61–62 re … differens] *om.* (*hom.*) T’ 62 differens] *om.* D’ dividens R’ 62 secundum] *om.* K’P’ 61–63 et … invicem] *om.* (*hom.*) J’S’ 64 in] suas *add.* K’ 65 partes] subiectivas … partes *iter.* R’ 66 cum] *om.* S’ 68 intentiones quibus] *om.* S’ 68–69 individuum] *om. sed add. i. m.* D’ 70 omni] *om.* K’P’ 71 suo] super K’P’ 73 de] Deus S’ 73 etiam] et D’ *om. sed add. s. l.* S’ 74 scilicet] tota substantia animae iungitur in eo *rep.* S’ 76 autem] etiam K’P’ 76 in] *om.* Σ (*add. s. l.* I’) (*scr.* G’J’K’P’T’) 77 ut] et S’ 82 quod] proprie *add. (duplicatio)* A Σ 85 est] *om.* R’ 85 id quo] quoad T’ 86 et] *add. s. l.* S’ 88 quod] quia *corr.* S’ 88 universali] integrali S’ (*sed corr.*) et absque … integrali *iter. ed del.* S’

---

59–63 BOETHIUS, *De divisione* (PL 64, 887D, 890D) in expositione magistri Henrici *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 66rN–71rI). 69 Cf. *supra*, p. 52,28–31, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 28, q. 3 (ed. 1520, I, f. 167rL–N), art. 32, q. 3 (ed. R. MACKEN, p. 53,49–54,57). 74–75 BOETHIUS, *De divisione* (PL 64, 888C) in expos. HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 14 (ed. 1518, I, f. 68v). 84–85 Cf. *supra*, p. 54,93–96, p. 66,111–112.

per hoc praedicetur de illis per identitatem, aliter quam praedicatur universale | de suppositis, totalitas divina habet rationem totius virtualis. Pluralitas enim illa quae continetur in divina totalitate, non est nisi respectuum super simplicem divinam essentiam, quae de omnibus illis per identitatem praedicatur.

Sed in hoc differt totalitas divina a toto virtuali, quod pars una vel duae seorsum natae sunt existere in aliena substantia univocatione eiusdem generis, ut dictum est, non sic autem illa quae continentur in totalitate divina, quia, etsi aliqua illorum seorsum existunt in aliena substantia ut sapientia, bonitas et quaedam huiusmodi et rationes perfectionum in creaturis, hoc non fit per aliquam univocitatem unius generis sed per puram analogiam, et hoc quoad convenientiam quam habet totum virtuale cum toto integrali. Differt etiam totalitas divina a toto virtuali, in quantum ipsum totum virtuale habet convenientiam cum toto universali, quia totum virtuale cum suis partibus, ut forma est et principium agendi, potest transformari in totum universale et partes eius, in quantum est principium dandi esse, ut dictum est, et per hoc praedicatur de partibus sicut verum universale. Non sic autem aliquo modo potest transformari totalitas divina in rationem totius universalis, neque contenta in ipsa in partes subiectivas, et per consequens neque potest fieri aliqua praedicatio totius de contentis ad modum quo universale praedicatur de suis contentis.

## <AD ARGUMENTA>

Per dicta patent obiecta.

Ad primum igitur, | quod «totum virtuale iungitur, sicut et totum in Deo, illis quae sunt in ipso», dicendum quod est ut sic, in quantum super essentiam totius contenta non addunt nisi rationem respectus, est autem ut non, in quantum contenta | in toto virtuali nata sunt separari univoce in aliena substantia, et totum ipsum transformari in | totum | universale, quod non contingit in totalitate divina, ut dictum est.

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 89 I’ 190[rb] 10 K’ 293[vb] 13 Scarp. 700[a] 14 A 192[vb] 14 M’ 196[va]

---

89 quam] quod D’ 91 respectuum] r[u]no K’P’ 93 toto] universali *add. et del.* D’ 94 seorsum] *om.* K’ 95 quia] quae D’ 96 aliqua] aliquae Σ (*scr.* J’K’P’T’) 96–97 bonitas et quaedam] quaedam bonitas R’W’ 97 quaedam] *om.* I’P°Y’ 97 quaedam huiusmodi] *inv.* A”G’K’M’P’S’ 97 fit] sit P’T’ 98 per] *om.* R’ 99 etiam] in quantum *add.* A autem M’ 00 divina] *om.* D’ 00–02 ipsum … agendi] *om. sed add. i. m.* A 00 in quantum] *om.* A 00 in … virtuale] *del.* et *add. i. m.* A *del.* (va—cat) I’ 00 totum] *om.* D’ 00–01 habet … virtuale] *om.* S’ 04 verum] totum K’P’ 04 transformari] transferri K’ 05 rationem] totum T’ 09 per] iam *add.* K’P’ 09 dicta] praedicta T’ 11 dicendum] est *add.* D’ 11 in quantum] ut S’ 12 contenta] cum tanta K’

---

95 Cf. *supra*, p. 65,88–90. 03 Cf. *supra*, p. 66,127–130. 10–11 Cf. *supra*, p. 62,5–6. 15 Cf. *supra*, p. 66,111–112.

Ad secundum, quod «mens est totum virtuale ad voluntatem et intellectum, | quae similiter sunt in Deo», dicendum quod verum est, sed non habet plenam rationem virtualis, quemadmodum habet anima ad vegetabile, sensibile et rationale, quia volitivum et intellectivum non sunt nata seorsum existere in aliena substantia, sicut illa, nec totum quod | est mens, natum est transformari in totum universale, sicut ibi anima. Et sic, quemadmodum mens habet rationem totius virtualis ad intellectum et voluntatem, et similiter Deus, praeter hoc quod voluntas et intellectus in creaturis sunt ad actiones accidentales re differentes inter se et a substantia rei, in Deo autem non nisi ad essentiales, sola ratione differentes et a substantia rei.

Ad argumentum in oppositum patet quid dicendum, secundum praedicta. |

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 17 W’ 160[vb] 20 Scarp. 700[b] 26 S’ 135[rb]

---

19 volitivum] volitum A” *om.* M’ non *add.* D’I’(*corr.*)M’R’S’W’ 19 et] *om.* D’R’(*add. s. l.*)S’W’ 21 sicut] *om.* R’ 23 re] res K’P’ 24 a] *om.* D’ 24 ratione] rationes P’ 25 differentes] inter se *add.* Σ (*del.* I’) 26 ad … praedicta] *om.* R’

---

16–17 Cf. *supra*, p. 62,15–16.

# ARTICULUS XLIV
# DE INFINITATE DEI

Quia | in exuberanti perfectione et totalitate Dei consistit ratio infinitatis substantiae eius, ideo | post quaestiones de Dei perfectione et totalitate recto ordine sequuntur quaestiones de eius infinitate, non dico adhuc in potentia, de qua erat sermo superius, sed in substantia et essentia. Et sunt quaestiones duae: primo, si Deus sit infinitus, secundo, si infinitas significat circa Deum aliquid positive, vel privative sive negative.

## | QUAESTIO 1

### UTRUM DEUS SIT INFINITUS

| Circa | primum arguitur, quod Deus non sit infinitus.

Primo sic. PHILOSOPHUS dicit, I° Physicorum: «*Infiniti ratio quantitati congruit* et *non substantiae*». Deus substantia est | et non quantitas, ut patet ex praedeterminatis. Ergo etc.

Secundo sic. Ibidem dicit PHILOSOPHUS: «*Infinitum* in quantum infinitum, incognitum», Deus, in quantum Deus, maxime cognitus est quantum est de se, quia est summa veritas. Ergo etc.

Tertio sic. Ibidem, III° Physicorum: «*Infinitum* in quantum *infinitum,* | *potentia est sicut materia*», ubi dicit COMMENTATOR: «Entitas *enim materiae et*

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'     3 Bad. I f. 11[v] Scarp. 701     4 J' 105[rb]     1 A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'     3 D' 153[vb]     3 Bad. II f. 11[vA] Scarp. 701[a]     5 R' 143[vb]     10 I' 190[va]

---

1–2 Articulus … Dei] XCIV[us] articulus de infinitate Dei *om.* A Σ (*scr.* D'); cf. *supra*, p. 4,32     6 sermo] *om.* Σ     7 primo] prima Σ     7 secundo] secunda Σ     7 circa] *om.* K'P'     8 vel] sive *sed corr.* D'     2 Utrum … infinitus] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 71,7     4 quantitati] quanti Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* D'J'K'P')     8 Deus] *om.* R'     10 ibidem] *om.* K'P'     10 infinitum[2]] in *add.* Σ     11 Entitas] aeternitas T'

---

4 Cf. *supra*, art. 42–43.     5–6 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 42–69): «Utrum potentia Dei activa sit infinita».     4–5 ARIST., *Phys.*, I, c. 2 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 11,10–11; in THOMAE DE AQ. *Comm.* I, lectio 3, n. 15, ed. Torino-Roma, p. 13a; Iunt. IV, f. 12K; 185b 2–3); de conceptu et definitione infiniti agit Henricus de Gandavo in *Quaest. in Phys.*, III, q. 1–24 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 137vb–149rb, imprimis q. 24 (*ibid.*, f. 149ra): «Utrum infinitum sit illud cuius quantitatem accipientibus est aliquid extra»).     5–6 Cf. *supra*, art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 44,35–46).     7–8 ARIST., *Phys.*, I, c. 4 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 19,17–20,1; in THOMAE DE AQ. *Comm.* I, lectio 9, n. 35, ed. Torino-Roma, p. 34a; Iunt. IV, f. 22vM, 187b 7–8); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 105); cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 33, q. 1 (ed. R. MACKEN, p. 123,4).     10–11 ID., *ibid.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 126,14–15; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 10, n. 254, ed. Torino-Roma, p. 183b; Iunt. IV, f. 112vH, 206b 15–22).

*infiniti est in potentia; forma autem et finis sunt in actu.*» Deus autem summe formalis est et in actu, et summe remotus a natura potentiae et materiae. Ergo etc.

Quarto sic. Sicut se habet infinitum in quantitate, ad quantitatem, sic infinitum secundum substantiam, ad substantiam. Sed «unum infinitum secundum quantitatem non patitur aliquod | quantum» secundum Philosophum; | ergo infinitum secundum substantiam secum non compatitur | aliam substantiam. Deus autem secum compatitur substantias plurimas creaturarum. Ergo etc.

Quinto sic. Ibidem: | «*Non cuius nihil extra, sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitum est*». Ut autem dicit ibidem, «*totum et perfectum est, cuius nihil est extra*», cuiusmodi est Deus, ut habitum est supra. Ergo etc.

Sexto sic. PHILOSOPHUS ibidem: «*Perfectum non est nisi illud quod habet complementum, et complementum est finis*». Deus est perfectus, ut habitum est supra; ergo habet complementum et finem. Ut autem dicit COMMENTATOR ibidem, «*quidditas infiniti est privatione finis*». Ergo etc.

In contrarium est, quoniam dicit PHILOSOPHUS ibidem: «*quod est omnia continens et in se ipso habens*, est infinitum». Deus est huiusmodi, ut habitum est supra. Ergo etc.

## <SOLUTIO>

Dicendum | ad hoc quod, etsi multi philosophantium errabant in natura et substantia primi principii, in hoc tamen fere omnes concordabant, quod primum principium omnium esset infinitum in substantia sua. Et hoc diversimode ponebant diversi, secundum quod diversa sentiebant de natura primi principii.

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   17 T' 188[va]   17 Scarp. 701[b]   18 P' 241[rb]   20 K' 94[ra]   31 Bad. II f. 11[vb]

---

13 et[1]] *om.* S'   13 et[2]] *om.* K'P'   17 non patitur] secum non compatitur (*de altera linea sumpta*) T' substantiam aliam … compatitur *iter.* R'   17 aliquod] aliud I'(*corr.*)T'   20–21 extra est] *inv.* Σ   21 infinitum est] *inv.* T'   23 illud] id Σ (*scr.* G'J'K'P'T')   25 autem] *om.* K'   26 quidditas] quid dicat K'   33 diversimode] diversitate S'

---

11–12 AVERROES, *Phys.*, III, comm. 59 (Iunt. IV, f. 113rD).   16–17 Cf. ARIST., *Phys.*, III, c. 5 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 117,4–17; 204b 11–23; Iunt. IV, f. 103vK–L; cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 12 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 142vb): «… si unum illorum ‹corporum› esset ‹infinitum›, non compateretur secum alia… »).   20–22 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,3–4, 11–12; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, III, lectio 11, n. 63, 64, ed. Torino-Roma, p. 188a–b; Iunt. IV, f. 114vL–M; 207a 1–2, 8–9).   22 Cf. *supra*, p. 21,81.   23–24 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 115vL, 207a 15); cf. Transl. Vetus, ed. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,17–18 (in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 11, n. 64, ed. Torino-Roma, p. 188a; 207a 14–15).   24–25 Cf. *supra*, p. 24,172–173.   25–26 AVERROES, *Phys.*, III, comm. 72 (Iunt. IV, f. 119vG); cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 24 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 148vb).   27–28 ARIST. *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 129,4–5; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 11, n. 65, ed. Torino-Roma, p. 188b; Iunt. IV, f. 116rB; 207a 19–20).   28–29 Cf. *supra*, p. 49,60–64.

Dicentes enim primum principium materiam esse, secundum quod supra determinatum est, attribuebant primo principio infinitatem ma|terialem, et esse chaos quoddam in infinitum extensum. Dicentes vero primum principium substantiam aliquam corpoream, dicebant primum principium esse aliquod corpus infinitum, vel extensione, ut Parmenides et Melissus, qui ponebant omnia esse unum infinitum, et illud esse principium vel continentia infinitorum in uno, ut Democritus, qui posuit in eodem infinitatem atomorum, et Anaxagoras, qui posuit in eodem infinitatem partium consimilium, ut habetur | Iº Physicorum. Et sic concor|dabant in infinitate substantiae primi principii.

Nos igitur, id quod falsum ponebant circa naturam primi principii quod Deus est, respuentes, et veritatem, cuius modicam resplendentiam videbant, acceptantes, dicimus quod Deus tamquam primum omnium principium, a quo est omne finitum in substantia, necessario ponendus est esse in substantia infinitus.

Et hoc non infinitate materiali propter hoc quod infinitas materiae habet rationem imperfecti et partis, quia *materia est pars* compositi ex ipsa et forma, secundum quod determinat PHILOSOPHUS et COMMENTATOR, IIIº Physicorum. Tali, inquam, infinitate non est Deus ponendus esse infinitus secundum substantiam, quia sua substantia non habet rationem materiae neque imperfecti aut partis, sed magis formae et actus et totius perfecti, ut habitum est supra.

Neque similiter ponendus est esse infinitus infinitate corporali | extensiva vel infinitorum contentiva, quia simplex est et incorporeus, ut supra habitum est, sed iuxta conditionem naturae eius, qua est forma et actus, attribuenda est ei ratio infinitatis sibi proportionalis. Non autem talis, qualis attribuenda est formae universali et naturali in creaturis: forma enim naturalis creaturae, eo quod de se universalis est, apta multiplica|ri per supposita, quantum est de se,

---

A Σ : A''D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 36 Scarp. 702[a] 42 G' 152[ra] 43 M' 196[vb] 55 W' 161[ra] 60 K' 294[rb]

---

37 in] *om.* I'J'K'M'P' 37 vero] autem K'P' 38 principium esse] *inv. sed corr.* K' 38 aliquod] quoddam K'P' 39 vel] *om.* K'P' 39 ut] *om.* S' 41 atomorum] *om.* S' 42 in eodem] *om. sed add. i. m.* S' 42 eodem] posuit *iter.* R' 43 in] *om.* D' 44 falsum ponebant] *inv.* P' 44 falsum] est *add. et del.* D' 46 primum omnium] *inv.* K' 47 omne] esse Σ (*corr.* Y') (*scr.* I'J'T') 52 ponendus esse] *inv. sed corr.* D' 53 rationem] *om.* T' 53 imperfecti] aut perfecti *add.* R' 54 supra] in *add. et del.* S' 56 vel … contentiva] *om.* S' 56–57 ut … est] ut habitum est supra Σ 57 attribuenda] attribuendi K'P' *iter. et del.* K' 60 est[1]] *iter.* K'

---

35–36 Cf. HENR. DE GAND., *ibid.*, art. 29, q. 2 (ed. 1520, I, f. 172rK–O), art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 44,35–46). 42 ARIST.. *Phys.*, I, c. 2 (in THOMAE DE AQ. *Comm.* I, lectio 2, n. 13, ed. Torino-Roma, p. 9a–b); cf. ARIST., *Phys.*, I, c. 2 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 8,10–17; Iunt. IV, f. 8rI; 184b 15–22). 49–51 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 129,12–14; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, c. 6, lectio 11, n. 66, ed. Torino-Roma, p. 188b; Iunt. IV, f. 116vJ; 207a 27–29); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 109); cf. AVERROES, *ibid.*, comm. 65 (ed. Iunt. IV, f. 116rF–vG). 54 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 28, q. 1 (ed. 1520, I, f. 165rR). 56–57 Cf. ID., *ibid.*, a. 28, q. 1 (ed. 1520, I, f. 165vR).

quodam modo infinita propter aptitudines ad infinita supposita. Deitas igitur, | cum non sit talis forma, | quia in ipsa non cadit neque ratio universalis neque ratio particularis, | ut visum est supra in parte et amplius videbitur infra, tali ergo infinitate Deus dici non potest infinitus secundum substantiam; et hoc ideo maxime, | quia, licet ipsa forma talis de se habet rationem amplitudinis et infinitatis, tamen non habet ipsam, quantum est de se, nisi in potentia, non autem actu, nisi in quantum eius amplitudo determinatur in supposito et ita contrahitur ad partem, sive per materiam, sive per aliam viam individuationis, de qua alias dicendum est.

Deitatis autem forma nullam in se potentiam habet omnino ad differens a se re vel intentione, sicut necessario differunt universale et particulare, ut nec est ullius determinationis receptibilis, quae alia est a se re vel intentione, ut similiter habitum est supra, nec similiter rationem | partis per aliquam contractionem recipit | in supposito, ut habitum est supra et amplius videbitur infra. Maxime autem per materiam determinari non habet, quia immaterialis omnino est, et nullo modo actus materiae, ut habitum est supra, sed stat de se et in se perfecta.

Est ergo Deus ponendus infinitus infinitate quae nata est convenire formae simplici liberae absque omni ratione determinabilis contractionis et limitationis, quia ex ea ratione qua talis est, convenit ei sua infinitas. Talis enim est ratione perfectionis exuberantis in suo esse, quod est maxime formale et absolutum, in nullo | receptum, sed secundum se et primo subsistens, ut habitum est supra. Infinitas ergo congruens perfectioni esse simplicis ratione suae perfectionis Deo debet attribui, quae re vera nihil aliud est quam immensitas quaedam et magnitudo spiritualis absque termino, quae omnia in se continet, et omnem perfectionem et omnem rationem essendi, et per hoc omne quod est et quod potest esse, in quantum ipse est ipsa ratio essendi, ut visum est supra.

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 61 A 193$^{ra}$ 62 P’ 241$^{va}$ 63 S’ 135$^{va}$ 65 I’ 190$^{vb}$ 73 Scarp. 702$^{b}$ 74 R’ 144$^{ra}$ 82 D’ 154$^{ra}$

---

61 igitur] ergo Σ 66 tamen non] *inv.* D’ 66 tamen] cum K’P’R’ 67 in$^2$] potentia *add. et del.* R’ 68 sive] *om.* R’ 70 potentiam] rationem D’ 70 habet] in *add. et del.* D’ 71 se] solum *add. et del.* D’ 71 differunt] differret T’ 72 alia est] *inv.* K’ 72 se] vel *add. et del.* K’ 73–74 contractionem] contradictionem Σ (*corr.* I’Y’ condicionem J’) (*scr.* K’P’) 75 autem] *om.* K’ 75 non] *om.* R’ 78 est$^2$] ei *add.* R’ 78 convenire] communicare Σ (*corr.* I’ communicari G’Y’) (*scr.* J’K’P’T’) 80 ex] se *add. et del.* D’ 82 sed] *om.* S’ 82–83 habitum … simplicis] *om.* K’P’ 83–84 suae perfectionis] *inv.* K’ 86 et$^2$] *om.* Σ (*add. s. l.* I’) (*scr.* J’)

---

63 Cf. *supra*, p. 54,88–91, cf. *infra*, art. 53, q. 7 (ed. 1520, II, f. 69vE–70r). 69 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 53, q. 3 (ed. 1520, II, f. 62vS–63r). 72–73 Cf. ID., *ibid.*, art. 28, q. 4 (ed. 1520, I, f. 167 vV–168r); cf. *supra*, p. 54,88–91. 74 Cf. ID., *ibid.*, art. 28, q. 5; art. 53, q. 1 (ed. 1520, I, f. 158vC–159r, II, f. 60vC–61r). 76 Cf. ID., *ibid.*, art. 28, q. 2 (ed. 1520, I, f. 166rB–C). 82–83 Cf. ID., *ibid.*, art. 32, q. 5 (ed. R. MACKEN, p.79,30–80,43). 87 Cf. *supra*, p. 33,398–399, HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 5 (ed. 1520, I, f. 129rC–D); q. 4 (f. 127rO–Q).

Hoc enim est de ratione dignitatis et perfectionis sive totalitatis in ipso, quam omnes in infinito quod ponebant, esse somniabant, etiam ponentes aliquod actu infinitum esse in corporalibus. Secundum enim quod dicit PHILOSOPHUS loquens de eis in IIIº Physicorum, «*Hinc* omnes *accipiunt dignitatem de infinito*», ‹et videntur nobilitare in infinitum›, «quia *est omnia continens et omne in se ipso habens: cuius* enim *nihil est extra, hoc est perfectum et totum*».

Re vera | hoc est magnae dignitatis in infinito spirituali, et esset magnae dignitatis in infinito corporali, si esset tale, quod scilicet omnia in se contineret et nihil haberet extra se, et sic esset perfectum et | totum. Sed tale esse non potest in corporalibus, | ut bene probat contra eos PHILOSOPHUS in IIIº Physicorum et in Iº Caeli et | mundi, quoniam in infinito quod possibile est poni in corporalibus et rebus creatis, non cadit dignitas illa, sed magis contrarium. Secundum enim quod dicit PHILOSOPHUS ibidem, «*accidit autem contrarium esse infinitum, quam sicut dicunt. Non enim cuius nihil est extra, sed cuius semper aliquid extra est, hoc infinitum est*». Et hoc ideo, quia, iuxta determinationem Philosophi, infinitum quod contingit esse in corporalibus | et in creaturis, non est in actu essendo infinitum, sicut illi ponebant in creaturis corporalibus et nos ponimus in Creatore, quia omnis creatura certis limitibus naturae et esse, sive essentiae suae, contenta est: singula enim et universa in «*pondere et mensura*» producta sunt. Sed infinitum quod contingit esse in creaturis, est infinitum in potentia tantum. Et hoc non tali potentia, quod aliquando possit esse actu secundum totum, sicut possibile est esse | statuam: completa enim transmutatione aeris ab artifice, aliquando est perfecta statua in actu, quod appellatur esse in actu puro. Sed in tali potentia, quae sic deducitur ad actum, quod semper manet in ipso potentia secundum partem aliquam actui admixta, et actus potentiae, «*quemadmodum* habent *semper* esse *dies et ago,*

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   95 M' $197^{ra}$   97 T' $187^{vb}$   98 K' $294^{va}$   99 G' $152^{rb}$   04 P' $241^{vb}$   10 Scarp. $703^{a}$

88 est] *sup. lin.* D'   88 totalitatis] nobilitatis Σ (*corr.* I')   89 in] *sup. lin.* D'   92 in] *om.* Σ (*add. s. l.* I')   93 omne] omnia K'P'   93–94 totum] hoc *add.* Σ (*del.* I') sed *add.* J'K'P' (*scr.* T')   96 in$^{1}$] *om.* T'   96 si] sed R'   98 bene] *om.* K'   99–00 possibile est] potest K'P'   00 cadit] *om.* D'   00 dignitas] sua *add.* S'   03 est$^{1}$] se K'P'   03 quia] quod P'   04 in] pluribus *add.* D'   05 actu] in *add.* K'P'   08–09 esse … creaturis] in creaturis esse Σ   09 non] certo *add. et del.* D'   10 esse] *om.* K'P'   13 ipso] ipsa Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P'T')

90–94 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 129,4–5; 128,11–12; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 11, n. 65, 63, ed. Torino-Roma, p. 188b, a; Iunt. IV, f. 116rB–C, 115rE; 207a 19–20, 8–9).   98–03 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,2–4; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 11, n. 62, ed. Torino-Roma, p. 188a; Iunt. IV, f. 114vL; 206b 33–207a 2); cf. *De caelo*, I, c. 5 (in ALBERTI M. *Comm.* I, ed. P. HOSSFELD, p. 31,44–45; Iunt. V, f. 23rA; 271b 1–2).   07–08 Cf. *Sap.* XI, 21; cf. etiam *Prov.* XX, 10.

| scilicet *per aliud et aliud fieri.*» Ubi dicit COMMENTATOR: «*Rerum quaedam sunt in actu puro, ut homo demonstratus, et quaedam secundum quod potentia admiscetur cum actu, et si potentia non fuerit, non erit actus, ut dies et* omne *quod est cum motu.*» Infinitum | autem est quasi accidens huius entis cuius potentia est coniuncta cum actu, et non eius cuius esse est in actu puro.

Sed sic ponimus infinitatem in Deo, tamquam scilicet dispositionem eius quod est in actu puro. Unde contraria est dispositio infinitatis quae potest esse in creaturis, et illius quae est in Creatore. Illa enim est in semper accipiendo aliud extra, ita quod acceptum semper sit finitum, sed semper alterum et alterum, non sicut in circulo, quod secundum PHILOSOPHUM similitudinem quandam habet infiniti, non tamen proprie est infinitum; in circulo enim idem sumitur multoties, in infinito autem semper | sumitur aliquid extra, quod numquam fuit prius acceptum, et hoc in continuis secundum divisiones, et in discretis secundum appositiones. Infinitas autem in Creatore, quia in simplici esse et puro consistit, ipsa est in eodem semper accepto, in quo simul rationes infinitorum numerorum, et forte specierum entium, sunt acceptae simul.

Unde e contrario modo definiri debet infinitum in creaturis et in Deo. De infinito enim in creaturis dicit PHILOSOPHUS, quod «*est* illud *cuius quantitatem accipientibus, semper est aliquid accipere extra*». | Nos autem de infinito in Deo dicimus esse, quod «est illud cuius quantitatem accipientibus, nihil est accipere extra», | propter quod infinitum in Deo habet rationem totius et perfecti, infinitum vero in creaturis habet rationem imperfecti et partis. «*Sic enim*», ut dicit PHILOSOPHUS, «nos *definimus totum* hoc *singulare, ut hominem aut arcam*, quod est illud cui *nihil abest.*» Et similiter sic illud quod est proprie «*totum et perfectum*», cuiusmodi scilicet est Deus, definimus, | quod est illud «*cuius*

---

A Σ : A''D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 15 I' 191$^{ra}$ 18 W' 161$^{rb}$ 27 S' 135$^{vb}$ 35 K' 294$^{vb}$ 37 A 193$^{rb}$ 41 R' 144$^{rb}$

---

17 et$^{2}$] *om.* K'P' 17 erit] est T' 19 cum] *sup. lin.* D' 19 non] est *add.* K'P' 21 sic] sicut *sed corr. in* sic D' *om.* J'S' 21 in] creaturis *add. et del.* T' 21 scilicet] si A''R'S'W' 23 Illa] ille S' 23 est$^{2}$] *om.* D' 23–24 semper accipiendo] *illeg. contr.* R' 24 aliud] aliquid Σ 25 alterum$^{2}$] et *add. et del.* D' 27 in] *om.* Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* J') 27 autem] vel S' 29 et] *om.* K'P' 29 in$^{1}$] materia Σ (*del. et add. i. m.* materia D' *corr.* Y' in materia K'P') (*scr.* A''G'I'J') 34 est illud] *inv.* D' 35–37 nos … extra] *om.* (*hom.*) D' 38 imperfecti] totius K'P' 40–41 cui … illud] *om.* (*hom.*) T' 41 Deus] *om.* S' 41 definimus] et perfectum … definimus *iter. in alternatione columnae* R'

---

14–15 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 125,4–5; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 10, n. 57, ed. Torino-Roma, p. 183a; Iunt. IV, f. 111vG; 206a 21–22). 15–18 AVERROES, *Phys.*, comm. 57 (Iunt. IV, f. 111vL). 25–26 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,8–9; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 11, n. 62, ed. Torino-Roma, p. 188a; Iunt. IV, f. 114vL; 207a 6–7). 34–35 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,10–11; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 10, n. 63, ed. Torino-Roma, p. 188a; Iunt. IV, f. 115rD–E; 207a 7–8).

*nihil est extra*»; e contrario autem infinitum in creaturis semper est ut pars et imperfectum. Secundum enim PHILOSOPHUM, «*cuius absentia est extra, non omne est, cum absit*», id est, illud extra | quod est. Aliquid non dicitur totum, cum | illud abest ei, quod est extra ipsum. Et hoc, ut addit alia translatio, sive «*illud extra quod est aliquid separatum, sit extraneum, sive non extraneum*», ut secundum COMMENTATOREM «contingit *in definitione totius in particularibus, quae non sunt tota in rei veritate,* | *cum eis est* aliquid extra, *licet* | *non sit pars eorum*. E contrario autem est in definitione totius in rei veritate, quod est illud cuius nihil est extra omnino, neque de substantia sua neque de alia», secundum quod expositum est supra de perfectione Dei.

Et haec diversitas contingit in Creatore et creaturis, quia a diversis principiis oritur infinitas in creaturis et in Creatore. In creatura enim iuxta determinationem PHILOSOPHI non oritur infinitas nisi a principio materiali: «Et ideo *accidit quod secundum appositionem non* est intelligere *infinitum* in *magnitudin*ibus, secundum *divisione*m vero contingit». «In numeris autem est e converso», ut dicit COMMENTATOR, «quia in creaturis *finitas accidit ex forma, infinitas* autem *ex materia contingit*, ut *magnitudo non possit transire omnem* magnitudinem in infinitum, | quoniam *tunc possibile esset formam inveniri infinitam*, quod *est impossibile*, quia ipsa est *causa terminationis et continentiae;* et contingit ut diminutio sit in infinitum: *causa enim diminutionis est materia, quae est interminata et non terminans*, diminutio enim est ad nihil in re cuius causa est materia. E converso autem contingit *in numero*, quoniam additio in quantitate discreta est ex forma et in quantitate continua est ex materia, et divisio in eis est e contrario, *quoniam divisio in numer*is *est ex forma et in magnitudine ex materia*».

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P$^{\circ}$R'S'T'W'Y'  44 M' $197^{\mathrm{rb}}$  45 J' $105^{\mathrm{va}}$  48 P' $242^{\mathrm{ra}}$  48 Scarp. $703^{\mathrm{b}}$  59 D' $154^{\mathrm{rb}}$

---

42 infinitum] *om.* K'P'  44 id est] illud quod est K'P'(*sed del.* quod) aliud est J'  47 in] *om.* Σ (*corr s. l.* I'Y') (*scr.* J'K'P'T')  48 aliquid extra] *inv.* P'  48–50 licet … extra] *om.* (*hom.*) K'P'  50 sua] *om.* R'  52 et$^{2}$] in *add.* Σ  53 creaturis] quia … principiis *rep.* D'  55 secundum] quod *add.* S'  57 ut … Commentator] secundum Commentatorem Σ  58 autem] *om.* S'  59 quoniam] ut *add. et del.* D'  59 possibile] po$^{e}$ S'W' potentiae R'  60 et] *om.* Σ (*add. s. l.* I') (*scr.* J'K'P'T')  61 diminutio] diminutum K'P'  61 in] *om.* K'P'  61 causa] cum K'P'  61 enim] autem T'  61 diminutionis] causa *add.* K'  61–62 interminata] terminata Σ (*corr.* I') (*scr.* J')  62 diminutio] diminutum K'P'  63 e converso] e contrario Σ  63–64 in$^{2}$ … forma] *iter.* S'  63 quantitate] est forma *add. et del.* K'  64–65 et$^{2}$ … materia] *om.* (*hom.*) T'

---

38–42 ARIST., *ibid.* (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,12–14; in THOMAE DE AQ., *ibid.*, ed. Torino-Roma, p. 188a; Iunt. IV, f. 115rE; 207a 9–11).  43–44 ARIST., *ibid.* (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,15; in THOMAE DE AQ., *ibid.*, n. 63, ed. Torino-Roma, p. 188a; Iunt. IV, f. 115rE–F, 207a 12).  45–46 ARIST., *ibid.* (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 115rF).  47–50 AVERROES, *ibid.*, *comm.* 63 (Iunt. IV, f. 115vH–I).  50–51 Cf. *supra*, p. 21,81, p. 49,60–64.  53–56 ARIST., *Phys.*, III, c. 7 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 129,18–130,2; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, c. 7, lectio 12, n. 67, ed. Torino-Roma, p. 192a; Iunt. IV, f. 116vM; 207a 33–35).  57–65 AVERROES, *Phys.*, III, comm. 67, 68 (Iunt. IV, f. 117rB–C, 118rA); cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 23 (Cod. lat. Ampl. Erford. F. 349, f. 148vb).

In | Creatore autem e contrario accidit ei quod contingit in creatura. Cum enim in creatura ex sua forma est finitas ei, quia non subsistit nisi contracta et limitata in supposito, in Creatore e contra infinitas eius a forma consistit, quia omnino illimitata est et incontracta secundum suppositum, sed ex se est quaedam singularitas, ut habitum est supra. Et ideo in actu puro et perfecto tota ratio infinitatis eius consistit, ut, sicut perfectio in ipso est conditio quae sequitur eius actualitatem absque omni potentiae admixtione, quae quidem | perfectio consistit in finis consummatione, — «*perfectum enim*», ut dicit PHILOSOPHUS, «*non est nisi illud quod habet complementum*», — et sicut totalitas in ipso est conditio quae sequitur eius perfectionem, quae quidem totalitas consistit in universi esse comprehensione, — totum enim est, «cuius nihil est extra omnino», ut dictum est, — sic infinitas est conditio quae immediate sequitur in ipso eius totalitatem et simul perfectionem. Quae quidem consistit in numquam deveniendo per discursum aliquem ad terminum complementi eius et perfectionum, quas continet in se actu simul, ut magis videbitur in quaestione sequenti. Et haec est infinitas, | quam omnes loquentes de infinitate primi principii somniabant, licet ab ea plures | deviabant propter errorem circa eius essentiam et naturam, ut dictum est.

Unde talis infinitas nihil est | aliud quam cuiusdam spiritualis magnitudinis immensitas, in infinitum spiritualiter protensa, ut amplius dicetur in quaestione sequenti. De qua PROPHETA dicit in Psalmo: «*Ego cognovi, quoniam magnus est Dominus.*» Infinitas igitur, quantum ad spiritualem magnitudinem, manifeste probatur inesse Deo ex hoc quod est esse purum absolutum. | Ex eo enim quod tale est, nullius esse determinati rationem dicit, sed est ipsa ratio | essendi omnium perfectiones in se continens, ut habitum est supra. Quod esse non posset, si finem complementi haberet. Qualem finem dat forma in creaturis, cum hoc quod in natura speciei dat esse completum, et hoc ideo quia non dat illud nisi secundum rationem determinatam. Propter quod etiam non dat

---

A Σ : A''D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 66 I' 191[rb] 72 K' 295[ra] 81 T' 188[ra] 82 W' 161[va] 84 Scarp. 704[a] 88 P' 242[rb] 89 S' 136[ra]

---

66 cum] quod K'P' 67 ex] in R' 68 e contra] e contrario *sed corr. i. m. in* e contra D'I' 72 quidem] quidam P' 74 illud] id S' 74–75 in … totalitas] *om.* (*hom.*) T' 75 sequitur] *om.* Σ (*add. et del.* rem D *add. i. m.* I' *def.* T') 75 perfectionem] continet *add.* Σ (*corr.* I' *def.* T') 84 nihil est] *inv.* J'K'P' 84 cuiusdam] eiusdem Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P'T') 86 quoniam] quod/quia Σ (*scr.* K'P') 89 determinati] determinari G'M'R' determinatam K' determinata P' 89 ipsa] ipse Σ (*corr.* A''(?)I') (*scr.* G') 92 quod] est *add.* Σ (*corr.* I')

---

70 Cf. *supra*, p. 52,28–31, cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 25, q. 3 (ed. 1520, I, f. 153vD). 73–74 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 115L; 207a 14–15). 77 Cf. *supra*, p. 76,138–140. 80 Cf. *infra*, p. 94,169–171. 81–83 Cf. *supra*, p. 72,31–73,35; cf. art. 35, q. 6 (ed. 1520, I, f. 226rB). 85–86 Cf. *infra*, p. 94,184–186. 86–87 *Ps.* 134, 5. 90 Cf. *supra*, p. 76,129–132; cf. art. 32, q. 2 (ed. R. MACKEN, p. 45,83–46,88).

nisi esse finitum, non solum a fine consummante | rem in esse, sed et a fine consumente et consummationem limitante.

Unde de tali magnitudine Dei infinita intelligitur illud P s a l m i , «*Magnus Dominus et laudabilis nimis, et magnitudinis eius non est finis*», finis scilicet terminum magnitudinis significans quem comprehendens stet, ut nihil quod laudet, ulterius comprehendendum restet. Unde dicit G l o s s a  h : «*Uno verbo dedit cogitare quia non potest capi plene*, quia *incomprehensibilis* est *cogitatione*, et *ideo numquam cesset a laude, quia* enim non est *finis magnitudinis* eius, non potes eius laudem finire»: Ex qua glossa manifeste nobis insinuatur ratio infinitatis eius. Cum enim | qualibet quantitate finita data, mens nostra maiorem potest excogitare, magnitudine autem divina nullam maiorem excogitare potest, convincitur ergo concedere di|vinam magnitudinem esse infinitam.

Et est notandum quod, quamvis infinitas ista et creaturae finitas ambo sunt | a forma, hoc tamen est contrario modo. Omnis enim forma creaturae finitat | ipsam, non solum in esse speciei consummando sed etiam in esse signando et contra esse alterius speciei limitando, propter quod ad generis et speciei rationem determinat. Forma autem divina ita consummat, quod non signat, nec contra esse alicuius alterius limitat, quia nec ad speciem aut genus determinatur, sed in esse indeterminato stat quod per gradus infinitos essendi protenditur, secundum quod perfectiones omnium forte per infinitos gra|dus producendorum, in se continet, ut dictum est. Ex quo etiam patet quod infinitas perfectionis eius,

---

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   94 M' $197^{va}$   03 G' $152^{vb}$   05 K' $295^{rb}$   07 R' $144^{va}$   08 A $193^{va}$   13 I' $191^{va}$

---

94–95 rem … consumente] *om.* (*hom.*) D'J'M'   94 et] *om.* Σ (*add. s. l.* A" *def.* D'J')   95 et] si *add.* S'   95 limitante] limitando T'   97 scilicet] enim Σ (*corr.* I')   98 terminum] termini Σ (*corr.* I') (*scr.* G'J'K'P'T')   98 quem] ad *add. et del.* D'   98 nihil] vero Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P'T')   99 comprehendendum] comprehendit Σ (*corr.* I') (*scr.* K' comprehend˜ A"J'P'T')   99 h] hoc A Σ   00 cogitare] cognoscere R'   00 quia] quod K'P'   01 numquam] non S'   01 a] *om.* Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* J'K'P'T')   02 potes] potens D' potest J' partes A"   02 eius … finire] *inv.* K'P'   03 quantitate] qualitate P'   03 nostra] *om.* S'   04 potest excogitare] *inv.* R'   05 infinitam] infinitum I'S'   06 et est] et cet. Σ (*corr.* I' ergo et cet. G') (*scr.* J'K'P'T')   08 consummando] conservando R'   09 ad] *om.* Σ (*corr.* I')   11 alicuius] *om.* K'P'   11 genus] verificatur(?) *add. et del.* D'   12 quod] *inser.* S'   12 protenditur] proceditur P'

---

94–95 Ad terminum ‹finis consumens›, ‹finis consummans› cf. *Hebr.*, XII, 29: «Deus noster ignis consumens est», *Hebr.*, IX, 6: «sacrificiorum officia consummantes». Finis est perfectio formae formam consumendo consummans, consummando consumens. Cf. E. GILSON, *L'infinité divine chez s. Augustin, Augustinus Magister* I, Paris 1954, 569–574.   96–97 *Ps.* 144, 3; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 62,66–71).   99–02 *Glossa ord. in Ps.* (ed. Venet. 1603, III, col. 1558).   07 Cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 6, 7 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 140vb): «formae enim (est) finitare et terminare». Terminum «finitare», qui deficit in *Lex. Latinitatis Medii Aevi* (A. BLAISE), formavit Henricus de Gandavo secundum Commentatorem Averroem, qui dicit in Phys. III, Comm. 67 (Iunt. IV, f. 117ra): «finitas … rei ex forma». Cf. etiam FIRMINI VERRIS, *Dictionaire Latin-francais de Firmin le Ver* (ed. B. MERRILEES et W. EDWARDS, *CC cont. med. I*, 1994, p. 175,41–44): «*finito*: frequenter finire, souvent finir, terminer, consummer …».   14 Cf. *supra*, p. 76,129–132.

quantum ad se ipsum, consistit in simul accepto, quantum autem ad intellectum creatum, in semper aliud et aliud secundum rationem intelligendi accipiendo, ut, sicut infinitas corporis simul existens est magnitudo corporalis, infinitos gradus magnitudinum finitarum in infinitum accipiendarum continens, sic infi|nitas essentiae Dei est spiritualis magnitudo perfectionis in esse absoluto, infinitos gradus magnitudinum perfectionis in esse in infinitum accipiendarum continens. Ut, sicut corpus infinitum continet in se corporaliter quantitatem mobilis corporis pedalis, bipedalis et sic in infinitum, sic essentia Dei infinita continet in se spiritualiter quantitatem essendi speciei inanimati vegetabilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, et sic in infinitum, ponendo infinitos gradus | creaturarum possibiles inter esse Dei, et esse angeli quantumcumque supremi accipiendi.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, quod «ratio infiniti quantitati congruit, et non substantiae», dicendum quod istud intelligitur de infinito per extensionem vel partium multitudinem, quale posuerunt philosophi quidam in primo principio, quod ponebant | esse corporale, contra quos inducit illud dictum PHILOSOPHUS, non autem intelligitur de infinito quod habet rationem perfecti. Illud enim solum habet esse in substantia omnino separata a quantitate et materia, secundum quod probat PHILOSOPHUS quod primus motor, quia est virtutis infinitae, simplex debet esse et immaterialis, abstractus a magnitudine et materia.

Ad secundum patet per idem, quia «infinitum incognitum», in eo quod est infinitum, non est nisi infinitum imperfectum per materiam: formae enim est finitare. Et ideo, cum principium cognoscendi non est nisi forma, et *mate-*

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y' 18 Scarp. 704[b] 24 P' 242[va] 30 D' 154[va]

---

15 in] *om. sed add. i. m.* D’I’ 15 autem … intellectum] ad intellectum autem K’P’ 15 autem] *om.* D’ 17 corporalis] circa D’ 18 accipiendarum] accipiendorum D’(?)W’ 20 accipiendarum] accipiendorum A Σ (accipitur A”) (*scr.* J’K’P’) 22 corporis pedalis] *om. sed add. i. m.* D’ 22 bipedalis] pedalis, bipedalis cf. A. BLAISE, *Lex. latinitatis Medii Aevi*, p. 666: «pedalis III, n. 2 pied (mesure de longueur)»; *Mittellat. Wörterbuch*, I, p. 1482: «bipedalis»: «mensuram pedum duorum exhibens»; cf. etiam HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 19 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 146va): «magnitudo pedalis». 24 et … infinitum] *om.* K’P’ 25 supremi accipiendi] supremum accipiendi Σ (*corr.* I’suprema accipienda K’P’) (*scr.* M’T’) 28 istud] illud R’ 30 Philosophus] philosophi D’K’S’ 31 enim] non Σ (*corr.* I’) (*scr.* G’J’K’P’T’) 32 secundum] quam K’ 33 quia] qui P’ 33 est] veritas *add. et del.* D’ 34 esse] *om.* P’ 34 magnitudine et materia] *inv.* R’ 36 nisi] *om. sed add. i. m.* D’ 37 est[1]] *iter.* S’ 37 finitare] infinitare *sed corr.* K’ 37 non] *om.* D’I’P°R’S’ 37–38 materia] natura Σ (*corr.* D’I’J’P°T’Y’) (*scr.* A”G’M’K’P’)

---

27–28 Cf. *supra*, p. 71,4–5. 32–34 Cf. THOMAS DE AQ., *In Phys. Comm.*, VIII, c. 10, lectio 21, n. 1149 (ed. Torino-Roma, p. 614a–b): «ille motor separatus est infinitae virtutis»; cf. ARIST., *Phys.*, VIII, c. 10 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 334,8–9; Iunt. IV, f. 423rC–D); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 264, 270; 266a 10–12); cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 35, q. 6 (ed. G. A. WILSON, p. 42–69). 35 Cf. *supra*, p. 71,7–8. 37 Cf. *supra*, p. 79,207.

*ria* secundum PHILOSOPHUM de *se incognita* est et | non cognoscitur nisi per analogiam ad formam, oportet quod illud infinitum quod est per materiam, in quantum huiusmodi, sit incognitum, cum tamen infinitum quod Deus est, quia sua quidditas est per formam, ut dictum est, sit quantum est ex se, maxime cognitum.

Per idem patet ad tertium. «Entitas enim infiniti quod est in potentia», est illius quod est per materiam; entitas autem infiniti quod est per formam, cuiusmodi est entitas infinitatis Dei, summe est in actu, ut dictum est.

Ad quartum, quod «infinitum secundum quantitatem non compatitur secum| aliud extra se; ergo nec infinitum | per substantiam compatitur aliam substantiam», dicendum quod infinitum, quod non compatitur aliud extra se, hoc est ratione suae perfectionis, ut dictum est supra; et hoc quia perfectum debet | esse omne et totum. Secundum enim quod dicit PHILOSOPHUS III° Physicorum: «*Totum et perfectum aut idem penitus* est, *aut proximum secundum naturam est.*» Et est disiunctiva artis vera pro utraque parte. Sunt enim penitus idem re et substantia, quia quidquid est totum, eo quod est totum, est perfectum et e converso, et quoad hoc «*sunt nomina synonima*», ut dicit COMMENTATOR. Sed secundum ra|tionem sunt proxima, quia perfectum est, attingendo finem consummantem et complentem in esse. Ut enim dicit PHILOSOPHUS ibidem, «*Perfectum non est nisi illud quod habet complementum, et complementum est finis*», «*totum* autem, quia *non diminuitur* ab eo *aliqua pars eorum* quibus *dicitur totum*», iuxta primum modum totius, V° Metaphysicae. Et sic secundum COMMENTATOREM sunt «*nomina sese consequentia*» — ex eo enim quod aliquid est consummatum in suo esse, continet quidquid pertinet ad perfectionem esse illius — | ut, si sit singulare totum, ut homo vel arca, continet

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 38 K' 295$^{va}$ 47 M' 197$^{vb}$ 47 W' 161$^{vb}$ 49 S' 136$^{rb}$ 55 Scarp. 705$^{a}$ 62 T' 188$^{rb}$

38 secundum Philosophum] *om.* K'P' 40 tamen] *om.* D' 40 Deus est] *inv.* P' 41 sit] sic A Σ (*scr.* G'I'J'K'P'T'Y') 41 est$^{3}$] *om.* R' 41 ex] de R' 43 est] sua *add.* P' 44 entitas] perentitas S'W' 46–47 secum] aliquod *add. et del.* D' 48 quod$^{2}$] *inser.* P' *om.* P°Y' 52 est$^{1}$] *om.* D'M' 52 disiunctiva] distinctiva *sed corr.* P' distinctivam M' 52 penitus idem] *inv.* K'P' 53 totum$^{2}$ est] *om.* S' 57 illud] ad I'P°Y' 58 diminuitur] diminuit M' dividitur T' 60 sese] se Σ (*corr.* I') (*scr.* A"J'K'M'P'T') 62 esse illius] *inv.* Σ 62–63 ut … illius] *om.* (*hom.*) *sed add. i. m.* A

38–39 ARIST., *Phys.*, I, c. 7, 191a 8–11 in sententia ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 183; 2, 29). 41 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 23, q. 1 (ed. 1520, I, f. 136rQ–R). 43–44 Cf. *supra*, p. 71,11–72,12. 45 Cf. *supra*, p. 78,166–170. 46–48 Cf. *supra*, p. 72,16–18. 49 Cf. *supra*, p. 76,129–132. 50–52 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,16–17; in THOMAE DE AQ. *Comm.* III, lectio 11, n. 64, ed. Torino-Roma, 188a; Iunt. IV, f. 115vK–L; 207a 13–14). 54 AVERROES, *ibid.*, *comm.* 64 (Iunt. IV, f. 115vM). 56–58 ARIST., *ibid.* (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 115vL; 207a 14–15). 58–59 ARIST., *Metaph.*, V, c. 26 (Transl. arabo-lat., ed. R. PONZALLI, p. 214,25; Iunt. VIII, f. 138rA; in THOMAE DE AQ. *Comm.* V, lectio 21, n. 1098, ed. Torino-Roma, p. 284b; 1023b 26–27); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 43). 60 Cf. AVERROES, *Phys.*, III, comm. 64 (Iunt. IV, f. 115vM).

quidquid pertinet ad perfectionem esse illius, ita quod nihil eius sit extra ipsum.

Si vero sit universaliter totum, cuiusmodi est Deus in ente simpliciter, cuiusmodi etiam infinitum corpus esset in ente quanto, si esset in rerum natura, tale in quantum totum, universaliter continet quidquid pertinet ad perfectionem esse universaliter vel esse simpliciter, et hoc quoad id quod est totum universaliter in esse simpliciter, vel esse quanti, et hoc quoad id quod | est totum universaliter in esse quanti. Unde, ut dictum est supra, universaliter totum | nihil potest habere extra se separatum, sive extraneum sive non extraneum. Perfectum igitur universaliter in quantitate, cuiusmodi esset quantum extensione infinitum, nihil quanti compatitur | extra se separatum, neque extraneum neque non extraneum, ut, si terra esset infinita, non compateretur secum aliquid extra: neque extraneum, ut ignem aut aquam, neque non extraneum, ut aliquid terrae quod non est infra ipsam ut pars eius. Ex illa | enim parte qua haberet aliquid extra, esset finitum et haberet tangens se, et non occuparet totum. Similiter perfectum universaliter in esse simpliciter, cuiusmodi est Deus, nihil ens compatitur extra se separatum, neque extraneum neque non extraneum. Non extraneum, ut alium in natura deitatis, quia deitas non potest esse nisi in se quaedam singularitas; extraneum, ut creaturam quae alterius naturae et essentiae esset a Deo, quae | non esset infra ipsum.

Non dico, ut pars esse Dei, sicut dice|bant ponentes esse Dei, quo Deus est, esse cuiuslibet entis esse, ut habitum est supra, sicut extra terram infinitam non est terra, quia non est terra omnino, quae non sit infra ipsam ut pars eius, et cuius quantitas sit pars quantitatis terrae infinitae. Hoc enim est magnae imperfectionis, quia habet rationem diversitatis et compositionis. Sed dico: sicut ratio essendi. Deus enim, ex quo est ipsum esse subsistens, in suo esse habet omnem rationem essendi, non ut universaliter, sicut habet genus in se

---

A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  69 J’ 105$^{vb}$  70 P’ 242$^{vb}$  73 I’ 191$^{vb}$  76 K’ 295$^{vb}$  81 A 193$^{vb}$  83 R’ 144$^{vb}$

---

63 esse illius] *inv.* Σ  65 cuiusmodi] eius/cuius? D’G’I’(*corr.*)M’R’W’  66 cuiusmodi] eius/cuius? D’G’M’R’W’Y’ (*corr.*)  68 universaliter] *om.* D’ universale T’  68–69 et … simpliciter] *om.* (*hom.*) W’  68 id] illud D’G’I’P°R’W’ aliud M’  69 id] illud D’R’S’W’  69–70 simpliciter … esse] *om.* (*hom.*) Σ (*scr.* D’I’P°R’S’T’)  71 sive … extraneum] *om.* (*hom.*) D’  72 igitur] ergo A”D’S’  72 universaliter] universale T’ *om.* J’  72 cuiusmodi] cuius/eius D’G’M’R’W’  72 extensione] extent(c)ione Σ (*corr.* I’ ex intentione W’) (*scr.* K’P’Y’)  73 neque extraneum] *om.* P’  74 esset] extranea *add.* S’  76 est] *om.* D’G’  77 finitum] infinitum D’G’I’(*corr.*)J’R’S’W’  78 cuiusmodi] enim R’  79 non extraneum$^{2}$] *om.* I’(*corr.*)J’M’P°R’Y’  80 deitatis] *om.* P’  80 in$^{2}$] *om.* R’  83 sicut] sint(?) P°S’W’  83 esse$^{2}$] desint(?) *add. et del.* D’  84 esse$^{1}$] *om.* P’ esset K’  84 esse$^{2}$] *om.* K’  86 sit … quantitatis] *om.* (*hom.*) D’  86 est] *om.* R’  89 non] dico *add. et del.* D’

---

70 Cf. *supra*, p. 76,138–140.  84 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 1 (ed. 1520, I, f. 171C): «credebant igitur quod divina entitas inesset cuilibet creaturae».

differentias, neque distincte secundum rem, sicut infinitum quantum, quod si esset totum et omne, haberet in se partes suas diversas in substantia secundum diversitatem situum, sed easdem | non diversas secundum figuras, — haec est enim differentia inter totum et omne, ut supra expositum est, — sed habet Deus in suo esse omnem rationem essendi, ut dicit DIONYSIUS, «inconfusibiliter», et hoc contra confusionem quae est in universali, et «unite», et hoc contra distinctionem partium, quae est in quanto infinito, quod simul est totum et omne.

Et est iste modus essendi plura in eodem mirabilis multum et ineffabilis nobis, quia cum ita sit, ipsa veritate rationabiliter coacti, cogimur confiteri. Et est consimilis modus essendi plura in eodem in creatura, si forma generis | esset aliqua | una natura in se singularis, et similiter quaelibet differentiarum sub ipsa, excedente tamen in gradu dignitatis et naturae forma generis super formas differentiarum ita quod forma generis contineret in se sub excellentiori gradu rationem utriusque differentiae in actu, sicut modo continet in potentia, quas quidem rationes continerent in se singulae differentiae sub gradu inferiori. Vel est similitudo validior in anima intellectiva, si in eodem simplici per essentiam haberet rationale, sensibile et vegetabile gradu excellentiori quam essent in aliis divisim: hic vegetabile solum, illic sensibile solum, et alibi rationale solum.

Ad formam ergo argumenti, quod «infinitum quantum non compatitur aliud quantum secum, ergo nec infinita | substantia aliud in substantia secum compatitur», dicendum quod non est simile, quia quantum infinitum in uno simplici non habet inconfusibiliter | et unite rationem omnis quanti, sed divisibiliter et | distincte. Et ideo, cum ad infinitum perfectum pertineat, quod contineat totum quod illius naturae est secundum quam est | infinitum, ut habitum est, vel oportet quod quantum non sit infinitum perfectum, vel quod contineat in se omne quantum divisibiliter et distincte, et ita ut partem suam. Si enim aliquod esset extra, esset separatum tangens et apponibile per continuitatem, et sic non

A Σ : A"D'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  92 Scarp. 705[b]  00 M' 198[ra]  01 D' 154[vb]  10 P' 243[ra]  12 S' 136[va]  13 K' 296[ra]  14 W' 162[ra]

90 neque] *om.* K'P'  90 distincte] indistincte J'K'  91 substantia] subiecto R'  92–93 est enim] *inv.* K'P°Y'  95 in universali] *lac.* S'  95 contra] propter R'  99 cum] tamen Σ (*corr.* I') (*scr.* D'J'P°R'S'W')  00 consimilis] similis G'I'(*corr.*)P°R'S'W'Y'  01 quaelibet] singularis *add. et del.* D'  02 excedente] extendente Σ (*corr.* I'Y')  03 contineret] continet Σ (*corr.* I' contineat Y')  04 quas] quales K'P'  07 essent] esset K'P'  10 aliud[1]] ad/aliquid G'I'(*corr.*)J'P'R'S' et W'  10 aliud[2]] ad S'  12 divisibiliter] differenter(?) D' indivisibiliter J'  13 ad] *om.* Σ (*add. i. m.* I' *add. s. l.* Y') (*scr.* A"J'M'K'P'T')  14 vel] *om.* S'  16 divisibiliter] differenter(?) D' indivisibiliter J'  16 et ita] *om.* J'  16 et[2]] *lac.* T'  17 separatum] et *add.* K'P'

93 Cf. *supra*, p. 49,45–47.  94–96 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 11, §6 (*Dionysiaca*, I, p. 501; PG 3, 953C; cf. etiam THOMAS DE AQ. *Comm.*, c. 11, lectio 2, n. 407, ed. Torino-Roma, p. 333): «inconfusam ipsorum unitionem».  09–11 Cf. *supra*, p. 72,16–18.  14 Cf. *supra*, p. 74,78–80.

esset nisi infinitum in potentia et per appositionem. Ut numquam esset infinitum in actu, quousque esset ei appositum quantum, ultra quod non esset possibilis appositio quanti, et extra quod non posset esse aliud quantum.

Infinitum vero substantia, cuiusmodi est Deus, in uno simplici esse secundum quod est infinitum, quod est sua substantia, inconfusibiliter et unite habet omnem rationem essendi. Et ideo, cum ad rationem infiniti perfecti non plus pertineat, quam quod totum quod est illius naturae secundum quam est infinitum, in se contineat, non obstante quod aliquid diversum secundum substantiam a Deo, simul habet esse cum Deo, Deus est infinitus perfecte. Per substantiam | enim illam non est apponibile esse Dei aliqua ratio essen|di, quia nihil habet aliquam rationem essendi, quae non sit in illo in gradu multo eminentiori, ut saepe dictum est, ita quod, cum perfectio Dei in esse sit ex ratione | bonitatis naturalis in ipso ultimate et consummate, ut habitum est, et ex ratione talis perfectionis sit in ipso ratio infinitatis, ut planius habebitur in quaestione sequenti, sicut non est maius bonum Deus cum universitate creaturarum, quam solus Deus per se, ut patebit loquendo de creaturis, sic non est maior perfectio aut infinitas secundum esse bonitatem et perfectionem in Deo, cum universitate creaturarum quae sunt, fuerunt et potuerunt esse, quam sit in ipso solo per se.

Quod ergo extra Dei essentiam sunt essentiae creaturarum, hoc nullo modo repugnat divinae perfectionis infinitati, immo attestatur ei magis. Ex bonitatis enim divinae et perfectionis exuberantia in sua infinitate, non ex aliqua sua indigentia et imperfectione, producit alia a se, quibus suum esse communicat, non per essentiam sed | per participationem quandam, non secundum idem esse, quemadmodum illa quibus data est virtus generativa, quae propter imperfectum esse speciei in individuis producunt alia a se, quibus communicant eandem essentiam specie secundum aliud esse.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   27 E' $64^{ra}$   27 Scarp. $706^{a}$   29 I' $192^{ra}$   40 T' $188^{va}$

---

18 et … appositionem] *om.* R'   18 numquam] tamquam *sed corr. i. m.* S'nc'quam I'   19 ei] in *add.* D'(*del.*) G'I'(*del.*)R' *om.* J'P' et M'   19 appositum] appositionem D'G'P°R'(*corr. in* appositionem)S'W' (*scr.* A"J'K'M'P'T'Y')   21 cuiusmodi] cuius/eius Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* A"J'K'M'P'S'T')   21 uno] duo Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* A"G'J'K'M'P'T')   21–22 secundum] *sup. lin.* D'   23 cum] quod Σ (*corr.* I') (*scr.* A"J'K'M'P'T')   24 quam$^{2}$] quod S'   25 diversum] divisum Σ (*corr.* I')   28 aliquam … essendi] rationem essendi aliquam Σ   29 ut] supra *add.* R'   29–31 sit … perfectionis] *om.* (*hom.*) T'   29 in … sit] sit in esse R' sit *om.* J'   30 et$^{2}$] *add. s. l.* D'   32 cum] *om.* S'   34 esse] *om.* R'   35 et] *om.* Σ (*corr.* I' aut K')   36 extra] quam *sed corr. i. m.* E'   37 repugnat … immo] *om.* S'   38 enim] *om. sed add. i. m.* tamen D' natura J'   39 imperfectione] perfectione S'   39 a] *om.* P'   40 per] *om.* S'   40 esse] esset K'P'   41 illa] animalia (al'ia) Σ (*corr.* I') (*scr.* E'K'P'T')   41 imperfectum] perfectum R'   42 in individuis] *conf.* Σ (*corr.* I') (*scr.* A"E'G'J'K'M'P'T'Y')   42 producunt] producant E'M'   42 alia] *add. i. m.* E'

---

29 Cf. *supra*, p. 41,144–148.   30 Cf. *supra*, p. 78,193–79,195.   31–32 Cf. *infra*, p. 94,169–171.   33 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI).

Similiter, si ex quanto infinito propter perfectionis suae exuberantiam procederent alia quanta in diversa substantia, quae solum haberent quantitatis illius quandam participationem, qua dicerentur quanta, ita quod omnes rationes participandi quantitatem essent in illa | quantitate infinita per | essentiam, et essent plura quanta parti|cipantia quantitatem, non repugnaret infinitati perfectionis quanti infiniti per essentiam. Immo sicut esse Dei et essentia simul sunt ubique cum esse et essentia creaturae, | immo sine illa nec ista essent, sic quantitas illa per essentiam simul esset cum istis habentibus quantitatem per participationem, immo nec ista essent quanta sine quantitate illius.

Quod non potentes antiquitus quidam discernere, quomodo videlicet perfectioni divinae bonitatis, et infinitati, et esse eius | non obstat quod alia sunt simul cum illa et extra eam per essentiam, immo videre non potuerunt, quin bonitas et esse creaturae, si esset re aliud a bonitate et esse Dei, aliquid apponeret supra bonitatem et esse Dei, ut maius, melius et perfectius bonum esset Deus cum creaturis quam per se, et ideo, cum non potuerunt istud concedere, quidam dixerunt quod esse et substantia cuiuslibet creaturae in eo quod est, est aliqua portio substantiae Dei et divini esse.

Alii vero dixerunt quod esse Dei esset esse formale omnis rei, secundum quod de hoc habitum est supra sufficienter.

Alii vero, praedicta bene discernentes, | non dicebant quod creatura est | aliquid divinae essentiae, vel informata esse illo quod Deus est, sed quod creaturae habent essentiam et esse participata ex | perfectione et infinitate divina exuberante in alia, secundum illa quae perfectius habet in se, quasi divinum esse sit esse cuiusdam generis per essentiam, continens in sua perfectione in actu esse omnium differentiarum quas per participationem accipiunt diversae species. Si enim formae rerum materialium essent per essentiam separatae, ut imponitur dictum fuisse a Platonicis, quanto forma abstracta esset communior, tanto esset perfectior et actualior. Et ideo dixerunt quidam ex istis illud quod recitat APOSTOLUS in A c t i b u s, loquens philosophis Atheniensibus et dicit: «*Quidam vestrorum poetarum dixerunt* (ARATUS scilicet et

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   47 A $194^{ra}$   47 K' $296^{rb}$   48 P' $243^{rb}$   50 M' $198^{rb}$   54 R' $145^{ra}$   63 D' $155^{ra}$   64 Scarp. $706^{b}$   65 J' $106^{ra}$

---

44–45 procederent] *om.* D'   45 in] vel S'   45–46 illius quandam] *om. sed add. i. m.* D'   47 illa] aliqua K'P'   47 quantitate] illa *add.* K'P'   49 quanti] quantitati Σ (*corr. in* quantitatis I')   50 essent] ibi *add. et del.* D'   52 ista essent] *inv.* R'   53 discernere] distinguere *sed corr.* K' discursus *sed corr.* J'   54 et$^{2}$] *om.* G'I'(*add. s. l.*)   55 illa] ista P'   57 ut] illius *add. et del.* D'   57 et$^{2}$] *om.* K'P' ut W'   58 istud] illud M'R'   59 est$^{2}$] esse *sed corr. in* est D' *om.* M'K'   60 portio] proportio E'P'   61 omnis] creaturae *add.* Σ (*corr.* I' creatae E') (*scr.* A"J'K'P'T')   62 supra sufficienter] *inv.* A"T'   65 infinitate] infinita K'   68 per] *om.* D'I'(*corr.*)R'S'W'   72 loquens] de *add.* K'P'   73 vestrorum] virorum Σ (*corr.* I') (*scr.* Y')   73 poetarum] verarum S'   73 dixerunt] *om.* Σ   73 Aratus] Horatius Σ   73 scilicet] videlicet K'P'   73 et] *om.* T'

---

62 Cf. ID., *ibid.*, art. 29, q. 1 (ed. 1520, I, f. 171rC); cf. *supra*, p. 82,283–284.

HOMERUS): *ipsius genus sumus*», quasi scilicet generalem naturam esse eius participantes.

Dixerunt etiam ex eadem sententia quidam alii ex | eis, quod omnia plena | sunt Deo. Iuxta quorum sententiam PAULUS formavit et suam, cum dixit: «*Deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt, hic caeli et terrae cum sit dominus, non [...] indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, [...] quaerere Deum, si forte attrectent eum aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque* vestrum, — *in ipso enim vivimus, movemur et sumus* — , …» Ubi dicit Glossa: «*quia id* | *operatur in nobis quod* ‹*vivimus, movemur et sumus*›, *et hoc est opus quo continet omnia, quia eius sapientia* ‹*pertingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter*›, *per hanc dispositionem in illo* ‹*vivimus, movemur et sumus*›. *Quod si hoc opus suum* | *rebus subtraxerit, nec movebimur, nec vivemus nec erimus*». Et ut dicit alia Glossa: «*neque tamquam eius substantia in illo sumus, sicut dicitur vitam habere in semetipso, sed cum aliud sumus quam ipse, non aliud in ipso sumus, nisi quia id operatur, quod* ‹*vivimus, mo*|*vemur et sumus*›. *Caelum et terra et omnia quae in eis sunt, universa scilicet spiritualis et corporalis creatura, non in se ipsa manet, sed in illo, quia quod non est in ipso de quo dicitur,* ‹*ex ipso et in ipso et per ipsum omnia*›», nihil est. Etiam si aliquod esse res habeat in se ipsa, perfectius habet in illo, quia «*quod factum est*» ab ipso, «*in ipso vita erat*», etsi in se ipso nec vita nec vivens erat. Et hoc non solum per suam ideam in divina sapientia, secundum quod dicit AUGUSTINUS sermone 1º Super Ioannem: «*Terra facta est, sed ipsa quae facta est, non est vita. Est autem in ipsa sapientia spiritaliter ratio quaedam, qua terra facta est: haec est vita*», sed per esse in divina essentia, ut expositum est supra.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    76 S' 136$^{vb}$    76 W' 162$^{rb}$    82 K' 296$^{va}$    85 I' 192$^{rb}$    89 P' 243$^{va}$

---

76 etiam] *om.* K'M'P'   78 cum sit] *om.* S'   79 ipse] ipso Σ (*corr.* I'P°?) (*scr.* G'J'K'P'R'Y')   80 attrectent] attractent Σ (attractarent A'' accurrentem K'P') (*scr.* I'(*corr. in* attractent) Y')   80 longe] *om.* K'P'   80 sit] sic *add.* K'   82 id] illud Σ (aliquid M' aliud W') (*scr.* A''E'K'P'T')   83 quo] quod E'K'P'   84 fortiter] formaliter D'I'P°R'S'W'   86 nec$^1$] et non E'   88 sed … ipso] *om.* P' (*hom.*)   89 vivimus … sumus] *inv.* D'   91 quod] *om.* Σ (*corr.* I' *def.* T')   92 est etiam] *inv.* T'   92 ipsa] ipso J'T'   93 ipso$^2$] ipsa Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'P')   93 etsi in se] et sine Σ (*corr.* I')   93–94 nec … vivens] nec vivens nec vita D'   96 spiritaliter] sempiternaliter Σ (*corr.* I')   97 est] *om.* R'

---

72–74 *Act.*, XVII, 28. Cf. *Bibliorum sacrorum Glossa ordinaria*, Tom. VI, Venetiis 1603, col. 1176–1177: «… non Moysi, non Isaiae vel alicuius prophetarum sed auctorum suorum sequitur testimonium, versum Arati ponens et de falsis eorum quibus contradicere non poterant, suam veritatem conservat et confirmat». ARATOR, poeta V. saeculi, *De actibus apostolorum* (ed. CSEL 72,9–149, PL 68,81–246), verisificabat istum librum biblicum.   77–81 *Act.*, XVII, 24, 25, 26, 27–28.   82–86 *Glossa ord. in Act.*, XVII, 28 (ed. 1603 VI, col. 1175–1176); cf. *Sap.*, VIII, 1.   86–92 ID., *ibid.*, cf. *Ad Rom.*, XI, 36.   93 *Ioann.*, I, 4   94–97 AUGUST., *In Ioannis Ev.*, tract. 1, n. 16 (CC lat. 36, p. 9,22–10,25; PL 35, 1387).   97–98 Cf. *supra*, art. 27, q. 1 (ed. 1520, I, f. 161rG).

Ad quintum, quod «non cuius nihil est extra, sed cuius semper aliquid est extra, | hoc est infinitum, cuiusmodi non est Deus», dicendum quod illud dictum est de infinito imperfecto, quod possibile est esse in rerum natura; quale | non est Deus, sed est infinitum perfectum. Cuius ratio est quod nihil est extra eum, ut patet ex supra determinatis.

Ad sextum, quod «Deus habet complementum et finem, et infinitum dicitur privatione finis», dicendum quod est finis consummans, quod est perfectio cuiuslibet rei, ut | dicitur in quarto modo finis in V$^{o}$ Metaphysicae, et *finis* consumens, quod «*est ultimum uniuscuiusque, a quo nihil extra invenitur*», ut dicitur in primo et secundo modo finis; ubi dicit COMMENTATOR: «*Ut superficies sunt ultima corporis, et lineae super|ficiei, et puncta linearum et orbis stella*rum *corporum quae sunt intus, quoniam extra ipsum nihil est; et similiter cutis animalis.*» Finis primo modo dictus est finis complementum, et congruit maxime Deo, quia ipse est finis et comple|mentum omnium, ut dictum est supra. De fine secundo modo intelligitur illud, quod infinitum dicitur privatione finis et | hoc de infinito imperfecto: talem enim finem dat forma in quantitate, cum hoc quod dat perfectionem, et privatio eius est ex materia, ut dicit COMMENTATOR super | III$^{o}$ Physicorum, et habitum est supra. De infinito autem perfecto sive spirituali sive corporali, utrum dicatur infinitum privatione finis, patebit in quaestione sequenti.

## | QUAESTIO 2

### UTRUM INFINITAS SIGNIFICAT CIRCA DEUM ALIQUID POSITIVE, VEL PRIVATIVE SIVE NEGATIVE

Circa | secundum arguitur quod infinitas non significat circa Deum aliquid positive, sed privative sive negative tantum.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    00 Scarp. 707$^{a}$    01 M' 198$^{va}$    06 E' 64$^{rb}$    09 Scarp. 707$^{b}$    12 T' 188$^{vb}$    14 A 194$^{rb}$    16 K' 296$^{vb}$    1 A Σ : A"D'E'G'I'J'K'M'P'P°-R'S'T'W'Y'    4 Bad. II f. 13$^{rQ}$ Scarp. 707$^{a}$

---

99 quintum] VI$^{um}$ K'P'    99 non] est *add.* K'    99 nihil est] *inv.* E'    00 cuiusmodi] cuius I'(*corr.*)J'M'R'W'    00 est$^{2}$] non *add.* D'I'R'S'W'(Deus non)    01 possibile] *interl.* E'    04 sextum] septimum P'    04 et$^{2}$] *om.* D'    07 consumens] consummans A"I'(*corr.*)Y'(*corr.*)    07 ut] nihil D'(*corr.*)I'(*corr.*)R'S'W'Y'(*del.*)    11 cutis] *conf.*A"G'Y'    14 cum] *om.*I'(*corr.*)R'    18 quaestione] sequenti E'    2–3 Utrum … negative] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 71,7–8    4 significat] significatur R'    4 circa … aliquid] *inv.* K'    4 Deum] divina R'

---

99–00 Cf. *supra*, p. 72,20–21.    03 Cf. *supra*, p. 76,138–140.    04–05 Cf. *supra*, p. 72,25–26.    06–08 ARIST., *Metaph.*, V, c. 17 (Transl. arabo-lat., R. PONZALLI, p. 183,2–4; Iunt. VIII, f. 131rE; 1026a 6–10; 1022a 4–5); cf. THOMAS DE AQ., *In Metaph. Comm.*, V, lectio 19, n. 1045–1048 (ed. Torino-Roma, p. 273b–274a) enumerat IV modos finis.    08–11 AVERROES, *Metaph.*, V, comm. 22 (ed. R. PONZALLI, p. 184,14–20; Iunt. VIII, f. 131vG–H).    12 Cf. *supra*, p. 81,254–256; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 21, q. 2 (ed. 1520, I, f. 124r–vI').    16 Cf. *supra*, p. 77,157–158; cf. etiam AVERROES, *Phys.*, III, comm. 67 (Iunt. IV, f. 117rA–C).

Primo sic. Deus dicitur infinitus ex opposito eius quo creatura dicitur finita, quia penes finitum et infinitum describitur distantia inter Creatorem et creaturam. Sed creatura quod dicitur finita, hoc est ex positio|ne finis limitantis naturam eius et essentiam, quia esse cuiuslibet creaturae sub certis limitibus continetur, | ut declarari habet loquendo de creaturis. Ergo quod creator Deus dicatur infinitus, hoc erit ex remotione finis limitantis naturam et essentiam, ex hoc autem solum dicitur infinitus privative. Ergo etc.

Secundo sic. Ratio infiniti sequitur rationem perfecti et completi. Cum enim aliquid est completum et perf|ectum et totum simpliciter, tunc demum | potest dici infinitum, secundum quod dicit COMMENTATOR versus finem VIII[i] M e t a p h y s i c a e, «*Si aliqua linea recta est completa, in qua*ntum *non* | *potest fieri additio,* | *necesse est ut sit infinita.*» Sed completio, perfectio et totalitas comprehendit quidquid positive significat in re, quia quidquid est citra ultimum positivum in re, incompletum est et imperfectum, et rationem partis habet. Sed ultra ultimum positivum in re nihil est significandum, nisi privative. Ergo etc.

In oppositum est, quoniam eo Deus maxime est infinitum, quo excedit rationem omnis finiti, quia non excedens alterum aequatur ei, et ideo, si unum eorum est finitum, et alterum; sed Deus rationem omnis finiti excedit in positivo, et non in privativo, quia id in quo excedit, | aliquid dignitatis importat, priva|tio autem per se nihil dignitatis importat, sed magis defectus, qui in Deo nullo modo poni potest. Ergo etc.

## <SOLUTIO>

Hic oportet primo distinguere modos infiniti: dicitur enim infinitum multis modis:

Uno enim modo dicitur infinitum, quod non est natum finiri quia non habet processum omnino, neque qui natus est finiri, neque qui non est natus finiri, ad

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 8 Scarp. 707[b] 10 R’ 145[rb] 14 P’ 243[vb] 14 G’ 153[vb] 16 Scarp. 708[a] 17 D’ 155[rb] 24 W’ 162[va] 24 S’ 137[ra]

---

6 Primo sic] *inv.* K’P’ 7 penes] per *sed corr. i. m.* T’ 7 describitur] substantia *add. et del.* D’ 8 finis] *om.* R’ 9 essentiam] essentia D’G’(*corr.*)I’(*corr.*)J’R’S’W’ 9 quia esse] *om.* Σ (*corr.* I’) 13 perfecti] imperfecti *corr.* R’ 13 et] *om.* P’ 14 demum] deinde K’ 16 linea] *om.* P’ 16 recta] rata *del. et corr.* K’ 17 necesse … completio] *om.* D’(*in alternatione columnae*) 18 comprehendit] comprehendunt K’ 18 positive … quidquid] *om.* (*hom.*) *sed add. i. m.* R’ 18 significat] *om.* K’ 21 Deus] est *add.* D’ 22 omnis finiti] *inv.* R’ 22 finiti] infiniti R’(*del.* in)I’(*corr.*) finit G’M’ 23 alterum] reliquum *sed corr. i. m.* D’ 24 id] ad I’(*corr.*)M’S’ aliud D’J’R’ 24 importat] privative *add.* R’ 28 primo] quod P’ *om.* K’ 30 enim] *om.* K’P’

---

10 *Summa*, art. 31–34 (R. MACKEN, p. XLV–XLVI). Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art 35, q. 6 (ed. R. MACKEN, p. 48,53–49,59). 15–17 AVERROES, *Phys.*, VIII, comm. 75 (Iunt. IV, f. 419vH); ARIST., *Phys.*, VIII, c. 9 (Transl. arabo-lat., ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 330, 19–21; 265a 16–18). 28–29 Cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 1 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 137vb): «… sciendum quod infinitum dicitur quinque modis».

modum quo *vox* dicitur *invisibilis*, et hoc iuxta primum modum infiniti in magnitudine, quem ponit PHILOSOPHUS in IIIº Physicorum. | «*Quo videlicet*, ut dicit COMMENTATOR ibidem, *dicitur quod punctus est infinitus, quia non habet longitudinem finitam* aut *infinitam. Et* est *iste modus* infiniti, *privationis* eius quod non est nata res subiecta neque secundum speciem *neque* secundum *genus habere*», quemadmodum arbor dicitur non habere visum. Unde tale infinitum proprie dicitur negative, et tali modo infinitatis dicunt aliqui quod Deus dicitur infinitus, quia | nec habet, nec natus est habere aliquam finitatem.

Secundo modo dicitur infinitum, «*cuius processus non habet finem*», natum tamen finiri, ut est quantitas omnis dimensiva: etsi enim imaginetur infinita, nata tamen est finiri in quantum dimensio est, et nata | est stare omnis linea inter punctos, in quantum linea est, et superficies inter lineas, et corpus inter superficies. Et talem modum infinitatis nemo potest tribuere Deo, quia non caret omnino aliquo quod natus est habere: hoc enim esset imperfectionis in ipso, ut patet ex supra determinatis.

Tertio modo dicitur infinitum, cuius processus semper protenditur et non habet finem in quo deficit, nec natum est finiri, et iuxta hunc modum, ut credimus, debet Deus dici infinitus. Et est infinitum secundum istum modum vere positivum alicuius in re, etsi secundum rationem et impositionem nominis negationem importat. Illa est eius quod realiter negatio vel privatio est, et sic etiam illa negatio quam importat, veram positionem vel affirmationem affert et includit, ut iam patebit. |

Primo ergo modo infinitum proprie | dicitur negative, quia nihil ponit circa subiectum positive; secundo modo dicitur proprie infinitum privative, quia ponit aptitudinem ad contrarium circa subiectum; tertio modo infinitum, etsi secundum impositionem et modum nominis privative aut negative dicitur, secundum rem tamen positive dicitur, quia illa negatio nobis dat intelligere

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   33 I' 192va   39 K' 297ra   42 M' 198vb   53 Scarp. 708b   54 P' 244ra

---

32 dicitur] *iter.* D'   35 finitam] infinitam *sed interp.* in R'   37 habere] quemadmodum … habere *iter.* R'   39 finitatem] infinitatem *sed corr.* D'   40 dicitur] *om.* T'   41 tamen] *add. s. l.* D'   41 finiri] finiti E'(?)G'I'(*corr.*)M'   41–42 ut … finiri] *om.* (*hom.*) J'   42 est[1]] *om.* D'E'S'W'   42 finiri] finiti D'E'(?)S'(?)W'   42 et … est] *om.* D'I'(*corr.*)G'R'S'W'   43 inter[2]] *iter. et del.* et superficies inter lineas et corpus K'   45 quod] quia K'P'   45 enim] *om. sed add. s. l.* S'   48 nec] *om.* D'I'(*corr.*)R'S'W' et G'   48 ut] *om. sed add. s. l.* S'   49 istum modum] *inv.* K'   51 eius] *om.* Σ (*del.* E' *add. s. l.* I' *add. i. m.* Y') (*scr.* A"J'K'M'P'T')   51 quod] quae R'   52 positionem] negationem R'   54 proprie dicitur] *inv.* K'   54 quia nihil] *iter.* R'   58 nobis dat] *inv.* K'P'

---

30–33 ARIST., *Phys.*, III, c. 4 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 114,13; Iunt. IV, f. 100rD, 204a 3–4).   34–37 AVERROES, *Phys.*, III, comm. 34 (Iunt. IV, f. 100rF–vG); cf. ARIST., *Phys.*, III, c. 4 (204a 4–5).   38–39 Cf. THOMAS DE AQ., *Quaest. de potentia*, q. 1, a. 1 (ed. Torino-Roma, p. 11b).   40 ARIST., *Phys.*, III, c. 4 (Transl. arabo-lat., Iunt. IV, f. 100rE; 204a 5–6).   45–46 Cf. *supra*, p. 22,120–122, p. 76,122–123.   53 Cf. *infra*, p. 95,208–209.

verissimam affirmat|ionem. Non enim est negatio vel privatio alicuius positivi vel affirmationis, sed privativi et negationis magis, ad modum quo in genere substantiae incorporeum dicitur privatio, vel incorruptibile.

Sunt autem aliqui qui in scriptis posuerunt Deum esse infinitum negative solum, et hoc dupliciter ponunt.

Quidam enim ponit quod «*Deus dicitur infinitus*» negative, a negatione alicuius ipsum finitantis et mensurantis extra, quia impossibile est ipsum finiri «*loco, tempore*» aut intellectu aliquo creato. Ipse enim solus | se ipsum perfecte intelligit, et sic ipse solus se ipsum finiens est et suo intellectu mensurans, quia ipse | tantum se ipsum intelligit quantus est.

Alius vero ponit, quod Deus dicitur infinitus negative a negatione finientis ipsum et terminantis intra, | eo quod nullus perfectionis suae est terminus et finis, et hoc loquendo de fine et termino consumente quantitatem bonitatis et perfectionis eius ad modum quo punctus finit et terminat quantitatem lineae. |

Re vera bene verum est quod illis modis Deus est infinitus: nullo enim termino consumente, neque intra neque extra, clauditur suae perfectionis quantitas et magnitudo; sed quod ad hoc significandum imponitur nomen, cum dicitur Deus esse infinitus, ut cogamur dicere, quod infinitas in Deo non dicitur nisi negative, hoc non videtur: primo ex natura negationis, quam importat hoc nomen infinitum, | secundo ex natura rei significatae per nomen, tertio ex modo impositionis ipsius nominis.

Ex natura negationis bene hoc apparet, quia negatio, cum nihil ponat ratione qua negatio est, nihil dignitatis apponit ei de quo aliquid negat, nisi forte per accidens, ratione subiecti cui de necessitate alterum contrariorum inest ut si homo est, et non est caecus, est videns. Quod non ponit illa negatio ex natura sui, quoniam si sic, ubicumque poneretur, idem poneret, et sequeretur: lapis non est caecus, ergo est videns. Unde magis hoc congruit ei ratione qua habet vim privationis, quam negationis: privatio enim ut privatio semper requirit

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   59 J' 106$^{rb}$   66 A 194$^{va}$   68 T' 189$^{ra}$   70 E' 64$^{va}$   72 K' 297$^{rb}$   78 R' 146$^{ra}$

---

61 incorporeum] in corpore non Σ (*corr.* I'J') (*scr.* A''K'P'T')   62 negative] vegetabile D' vege$^{re}$ K'P'   65 finitantis … mensurantis] cf. HENR. DE GAND., *Quaest. in Phys.*, III, q. 7 (Cod. lat. Amplon. Erford. F. 349, f. 140va): «formae enim est finitare et terminare».   65 ipsum finitantis] *inv.* Σ   65 mensurantis] ipsum *add.* P'   66 aliquo] modo *add. et del.* D'   67 et sic] *iter.* R'   69 negatione] alicuius … est (p. 90,65) *add. et del.* K'   71 hoc] *om.* E'   71 et$^{3}$] ut D'I(*corr.*)R'S'W'Y'(*corr.*)   72 et] *om.* R'   73 bene] *om.* T'   73 infinitus] finitus J'S'   74 neque$^{2}$] que Σ (*corr.* D'E'I') (*scr.* G'J'K'P'R'T'Y')   76 esse] est T'   77 quam] quantum R'   78 infinitum] infinitus K'P'   80 bene hoc] *inv.* Σ (bene et G')   81 negatio] necessario D'(*corr.*)I'(*corr.*)R'S'W'   83 est$^{2}$] *om.* G'I'(*corr.*)S'Y'   84 et] *om.* E'   85 hoc congruit] *inv.* D'   86 vim privationis] *inv.* K'P'

---

64–66 Cf. BONAVENTURA, *Sent.* I, d. 43, art. unic., q. 2 (ed. Quaracchi, I, p. 769b); IOANNES DAMASC., *De fide orth.*, I, c. 4 (PG 94, 798).   69–72 THOMAE DE AQ., *Quaest. De potentia*, q. 1, a. 2 (ed. Torino-Roma, p. 11b).

subiectum, in quo sit quasi forma quaedam et dispositio subiecti, negatio autem nequaquam.

Unde differentia est inter negationem et privationem, | ut vult PHILOSOPHUS, IVº | Metaphysicae, quod «*negatio est absolutio* simpliciter | alicuius, *privatio* vero *habet naturam subiectam.*» Ubi dicit COMMENTATOR: «*Negatio est ab*solut*io negati simpliciter, privatio autem est* absolutio *eius a natura determinata, et cum illa natura fuerit disposita per privationem, erit in forma | af|firmationis*»; propter quod dicit PHILOSOPHUS, IIº Physicorum: «*privatio species quodam modo est.*» Si ergo solum negative praedicaretur | infinitum, et nihil | positive significaret circa Deum, tunc nihil dignitatis et perfectionis diceret infinitum circa ipsum, nisi per accidens ratione subiecti. Quantum enim est de se pura negatio, indifferenter convenit enti et non enti, sicut patet de negatione termini infiniti. Sed hoc nihil ad rationem dignitatis in significato eius quod est infinitum, sicut neque innascibilitas in Patre ex hoc est notio dignitatis in Patre, quod imponitur a negatione, qua non habet esse ab alio per nativitatem, sed ratione primitatis affirmatae sub negatione, neque incorporale est differentia constitutiva speciei ratione negationis, sed affirmationis alicuius incogniti subintellecti.

Idem etiam patet secundo, scilicet ex natura rei quae dicitur infinita ex conditione eius secundum quam dicitur infinita. Ad cuius intellectum oportet considerare gradus secundum rationem intelligendi, quibus res eadem in esse suo perficitur. Cum enim perfectio omnis est in re a fine, et «*finis et bonum idem*» secundum PHILOSOPHUM, IIIº | Metaphysicae, res igitur quaecumque in natura essentiae suae ex hoc dicitur bona, quod attingit aliquo modo finem in complemento naturae et essentiae suae, sed non dicitur ex hoc «perfecta, nisi attingat complete finem»illum, ut nullius completionis pertinentis ad illam na-

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    89 D' 155$^{va}$    90 Scarp. 709$^{a}$    90 W' 162$^{vb}$    93 M' 199$^{ra}$    94 S' 137$^{rb}$    95 I' 192$^{vb}$    96 P' 244$^{rb}$    09 K' 297$^{va}$

89–90 vult Philosophus] *inv.* K'P'    92 negati … absolutio] *om.* (*hom.*) R'    95 species] *om. sed add. i. m.* D'    96 significaret] *om.* R'    99 nihil] vel K'    00 neque] enim K'P'    00 notio] mentio I'(*corr.*)S' necessario? J' *conf.* M'    02 affirmatae] affirmativae Σ (*corr.* I')    03 sed] et S'    05 Idem] item S'    05 ex … infinita] *om.* (*hom.*) R'    05–06 ex … infinita] *om.* (*hom.*) D'    05–06 ex conditione] ex cognitione Σ (*corr.* I' *def.* R' extensione K'P') (*scr.* G'T')    09 IIIº] IVº K'P'    10 attingit … modo] *inv.* aliquo modo attingit Σ    10 modo] illo Σ (*corr.* E'I') (*scr.* D'(*corr. in* illo)G'J'K'P'T'Y')

89–91 ARIST., *Metaph.*, IV, c. 2 (Transl. arabo-lat., Iunt. VIII, f. 68rE; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, IV, lectio 3, n. 306, ed. Torino-Roma, p. 157a; 1004a 15–16).    91–94 AVERROES, *ibid.*, comm. 28 (Iunt. VIII, f. 69rA–B).    94–95 ARIST., *Phys.*, II, c. 1 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 49,10; in THOMAE DE AQ. *Comm.* II, c. 1, n. 15, ed. Torino-Roma, p. 78; Iunt. IV, f. 53rF; 193b 20); eandem seriem auctoritatum allegat HENR. DE GAND., *Quodl.* X, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 77–78).
08–09 ARIST., *Metaph.*, III, c. 2 (Transl. Anon. (Media), ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 43,25; Iunt. VIII, f. 40F, 996a 23–24); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 73).    11–12 ARIST., *Metaph.*, V, c. 16 (ed. R. PONZALLI, p. 182,63; 1021b 23–24); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE 1, 141: «Omne attingens suum finem est perfectum»).

turam ei possit fieri ulterior additio. Haec est enim definitio completi, ut dicit COMMENTATOR super finem VIII[i] *Physicorum*, et patet ex praedeterminatis. Sed adhuc ex hac ratione non dicitur totum, sed ex hoc scilicet, quod continet in se omnia illa ex quibus completur tamquam compositum ex rationibus completionis, quasi ex partibus, quia scilicet continet in se omnes rationes perfectionis quasi partes, ex quibus completur et constituitur in esse, et nulla earum est extra. Haec est enim definitio totius, ut dicit PHILOSOPHUS, III[o] *Physicorum*, et habitum est supra.

Et licet valde propinqua sint secundum hoc in significato suo perfectum et totum, ut idem significent re, significant tamen differenti ratione, ut dictum est, et praecedit secundum rationem intelligendi ratio perfecti rationem totius, quia ex eo quod res habet completionem, et est consummatum in natura sua, ut nihil ei addendum est, ex hoc habet totalitatem, qua continet omnia quae suae naturae sunt, ut nihil eorum sit extra. Et propter | istam propinquitatem dicit PHILOSOPHUS, III[o] *Physicorum*, quod «*totum et perfectum aut idem* significant *penitus, aut proximum secundum naturam.*» Ubi dicit COMMENTATOR: «*aut sunt nomina synonima aut consequentia.*» Et verum est quod sunt synonima ex parte rei significatae, consequentia autem sunt quantum ad rationem significandi, ut dictum est supra. Ex hoc autem quod res est perfectum quid, et totum, non ex hoc adhuc habet quidquid dignitatis natum est esse in re. Si enim res sic perfecta est ut naturae suae habeat completionem, et sic tota est ut quaecumque naturae suae sunt in se conti|neat, si cum hoc in utroque sic sit protensa, ut quicumque intellectus finitus aliquid eius quod est completionis et totalitatis suae, concipiat | et in concipiendo semper procedere ulterius possit, ut semper concipiendo magis ac magis concipiat, et sic in concipiendo semper magis ac magis proficiat, ita ut numquam quo ultimo standum sit, in|veniat et sic numquam a procedendo deficiat, quod cum hoc

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 26 Scarp. 709[b] 34 A 194[vb] 36 P' 244[va] 39 T' 189[rb]

---

13 est enim] *inv.* Σ 13 est] *om.* R' 14 et] ut D'G'I'R'S'W'Y' 15 totum] notum Σ (*corr.* E'I') (*scr.* A"G'J'Y') 15 continet] tenet P' 16–17 completionis] *conf. corr. i. m.* E' 19 est enim] *inv.* Σ 22 re] signanter *add. et del.* K' 23 rationem[2]] ratio *corr. s. l.* E' 24 res habet] *inv.* P' 24 consummatum] consummata K' 25 qua] quam T' 28 idem significant] designant D'I(*corr.*)R'S'W'Y' 30 sunt] *om.* K'P' 31 rationem] modum K'P' 32–33 est esse] *inv.* S' 32 est] *del.* S' 33 est] *om.* K'P' 33–34 habeat … suae] *om.* (*hom.*) S' 33 completionem] *conf. sed corr.* E' 34 sunt] conveniunt K'P' 34 si cum] sicut P' 35 in] intra(?) R' 35 sic] *om.* E' 35 quicumque] si *add.* K' 35 intellectus] si *add.* P'

---

13–14 Cf. *supra*, p. 88,15–16. 14 Cf. *supra*, p. 88,16–17. 19 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,11–12; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 11, n. 63, 64, ed. Torino-Roma, p. 188; 207a 8–9). 19–20 Cf. *supra*, p. 81,256–258. 22–23 Cf. *supra*, p. 63,29–32. 27–28 ARIST., *Phys.*, III, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 128,16–17; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, lectio 11, n. 64, ed. Torino-Roma, p. 188a; Iunt. IV, f. 115vK; 207a 13–14). 28–29 AVERROES, *Phys.*, III, comm. 64 (Iunt. IV, f. 115vM). 31 Cf. *supra*, p. 81,250–252.

omnia illa secundum quae procedendo proficit, res illa in se actu contineat, hoc magnae dignitatis et perfectionis est, non solum negative, sed positive significando.

Ad hoc ergo significandum debet esse aliquod nomen impositum, quod rationem | superioris gradus dignitatis significat in re, quam significet | hoc nomen ‹perfectum› aut hoc nomen ‹totum›, et si illud nomen non sit hoc nomen ‹infinitum›, quia non significat aliquid positive circa Deum, debet esse aliud. Quare, cum aliud non | invenimus, et tamen | illum gradum dignitatis circa rem divinam concipimus et exprimimus in communi usu, et non nisi hoc nomine ‹infinitum›, oportet ergo concedere quod infinitum aliquid positive circa Deum significet. Ut sic ista quattuor nomina, ‹bonum›, ‹perfectum›, ‹totum›, ‹infinitum› se habeant per ordinem in significando gradus conceptionum nostrarum circa simplex divinum esse.

Ut bonum | significet absolute in ipso esse aliquid in quo finitur, fine esse divinae naturae complente, iuxta illud Psalmi, «*bonus es tu*»; Glossa: «*proprie* est *bonus et ex se*», perfectum vero significet bonitatem esse in ipso, in qua divinum esse consummate et com|plete finitur, iuxta illud Psalmi: «*omnis consummationis vidi finem*», Glossa: «*Intraverat iste in sanctuarium Dei, viderat altissima quae non possunt explicari, sed brevi* scientia *conclus*it, *di*cens*: ‹omnis consummationis vidi finem*›», | Glossa: «*consummatio est omnium virtutum perfectio*», id est perfectio in virtute, quae nihil aliud est quam ultima potentia in bonitate: «*virtus* enim *est ultimum de potentia*», | II$^{o}$ Caeli et mundi. Unde talis completio in bonitate dicitur virtus, de qua dicit etiam PHILOSOPHUS, VII$^{o}$ Metaphysicae, quod «*tunc unumquodque perfectum est, cum attingit propriae virtuti*»; de qua etiam dicit, quod «*virtus* | *est dispositio perfecti ad optimum*».

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  44 K' $297^{vb}$  44 M' $199^{rb}$  47 E' $64^{vb}$  47 R' $145^{vb}$  53 W' $163^{ra}$  56 I' $193^{ra}$  59 S' $137^{va}$  61 D' $155^{vb}$  64 Scarp. $710^{a}$

---

41 positive] dispositive S'  44 rationem] nomen Σ (*corr.* I')  45 perfectum … nomen] *om.* (*hom.*)T'  46 significat] significent D'(*corr.*)E'(*corr.*)M'S'(*corr.*)W'  50 significet] significat Σ (*corr.* I')  53 significet] significaret Σ (*corr.* I') (*scr.* J'(?)K'P')  53 esse] se P'  53 in] *om.* P'  53 fine] *del.* E' sine K'P' *om.* J'  54 complente] completivae Σ (*scr.* I')  54 tu] et in bonitate *add.* P'  55 et] *om.* Σ  55 vero] *interl.* S'  55 in ipso] *om.* K'P'  57 intraverat] intervenit K'P' parvenerat J'  58 viderat] videat P'  59 finem] latum mandatum etc. *add.* T'  60 omnium] divinum D'G'I'(*corr.*)R'S'W'  63 Metaphysicae] *corr. i. m.* Physicorum E'

---

54 *Ps.* CXVIII, 68.  54–55 *Glossa ord. in Ps.* CXVIII, 68 (ed. Venet. 1603, III, col. 1370).  56–57 *Ps.* CXVIII, 96.  57–60 *Glossa, ibid.*, col. 1382.  61–62 ARIST., *De caelo,* I, c. 11 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. HOSSFELD, p. 87,72; Iunt. V, f. 78vL; 281a 11–12).  63–64 ARIST., *Phys.*, VII, c. 3 (Transl. Vetus., ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 266,13–14; in THOMAE DE AQ. *Comm.* VII, c. 3, lectio 6, n. 18, ed. Torino-Roma, p. 473; Iunt. IV, f. 320vG, 246b 28–29); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 141).  64–65 ARIST., *Phys.*, *ibid.*; 246a 13; cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 186; 2, 198).

Totum vero significat ipsam consummationem, in quantum in se omnis boni et perfectionis actu simul est contentiva, iuxta illud quod dicit Dominus Moysi, Exodi XXXIII$^{o}$: «*ostendam tibi omne bonum.*»

Infinitum vero significat ipsam consummationem omnino perfectionem omnem continentem, ut semper in ulterius et profundius procedentem, quocumque finito in eo per intellectum concepto. Ut ad hoc adducamus quod dicitur de sapientia, Sapientiae VII$^{o}$: «*infinitus thesaurus est hominibus*», Glossa: «*quanto quisque profundius discit, tanto profunditatem cognoscit.*»

Cum igitur ad tale quid positivum significandum utimur principaliter in Deo hoc nomine ‹infinitum›, ponendum est simpliciter quod infinitum principaliter significat aliquid positive in Deo. Illud enim debet | dici nominis significatum, ad quod significandum eo utimur communiter, quia «loquendum est *ut plures*», sicut dicit PHILOSOPHUS. Bene tamen verum est, quod in hoc nomine ‹infinitum› positivo huic adnexa est negatio, quam significat ex ratione impositionis | nominis, et hoc non primo et principaliter, sicut illi dicunt, sed secundario et ex consequente.

Ut circa divinam bonitatem sive in essentia | sive in potentia sive in quocumque alio attributo — infi|nitas enim omnia consequitur quae sunt in Deo, ut supra dictum est — , dicamus infinitum significare rationem semper ulterius procedendi quocumque termino significato, quod est positivum quid, cui adnexa est negatio termini et finis consumentis, a qua fit nominis impositio, ad modum quo linea semper in ulterius protensa infinita dicitur, quia sic protensa est, cui protensioni necessario adnexa est privatio termini, ut puncti signati in quo deficit protensio lineae; imponitur enim sic nomen «infinitum» in linea imaginata semper protensa: nihil enim potest esse semper protensum, nisi careat termino in quo stat protensio. Et sic illi affirmationi necessario consequens et adnexa est ista negatio, a qua tamquam ab eo quod nobis notius est per habitum, scilicet finiti,

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 76 P’ 244$^{vb}$ 80 G’ 154$^{va}$ 82 J’ 106$^{va}$ 83 K’ 298$^{ra}$

---

66 Totum] toto P’ 68 XXXIII$^{o}$] XXX$^{o}$ T’ 71 hoc] hanc D’M’R’ hac G’I’(*corr.*)S’W’ 71 adducamus] deducamus R’ et ducamus W’ 74 significandum] significando Σ (*corr.* I’) (*scr.* J’K’M’P’T’) 75 Deo] eo R’ 75 simpliciter] simplex P’ 75–76 principaliter significat] *inv.* K’ 76 illud] aliud K’P’ 77 eo utimur] *inv.* K’P’ 78 sicut] secundum quod Σ 78 tamen] enim E’ 79 positivo] potius Σ (*corr.* I’) 80 impositionis nominis] *inv.* E’ 81 consequente] consequenti Σ 82 sive … potentia] *om.* D’ 84 significare] sing$^{re}$ A”D’K’P’S’W’ 84 semper] *om.* S’ 84 ulterius] alterius S’ 85 quocumque] quacumque S’ 85 termino] sunt *add. et del.* D’ 86 fit] sit S’ 87 infinita … protensa] *om.* (*hom.*) R’ 87 sic] Deus *add. et del.* D’ 87 est] dicitur T’ *om.* P’ 88 deficit] *om.* S’ 91 et$^{2}$] aut/autem *add.* D’I’(*del.*)J’(*del.*)R’S’ *om.* G’ ut autem W’

---

68 *Exod.*, XXXIII, 19. 72 *Sap.*, VII, 14. 73 *Glossa interlin. in Sap.* VII, 14 (ed. Venet. 1603, III, col. 1913–1914). 77–78 ARIST., *Top.*, II, c. 1 (Transl. Boethii, ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 33,20–24; 110a 15–19); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 36, 26). 80 THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 13, a. 6: «Sed quantum ad impositionem nominis per prius a nobis imponuntur creaturis». 84 Cf. *supra*, p. 84,321–329.

sibi contrarium quam sit illa protensio, fit nominis impositio. Et consimiliter in proposito nomen infiniti circa Deum imponitur a negatione termini sive finis, tamquam ab eo quod nobis notius est per finitum sibi contrarium in creaturis, quibus nomina primo sunt imposita, et deinde ad Deum translata.

Unde et, si interius | velimus considerare significata horum nominum ‹infinitum›, ‹finitum›, patebit nobis tertio quod hoc nomen ‹infinitum›, circa Deum vel quodcumque semper protensum, non imponitur ad significandum negationem termini consumentis, ut propter hoc infinitum in Deo non dicatur nisi negati|ve, et hoc patet ex ipsius nominis impositione. Clarum enim est nobis, quod hoc nomen ‹finitum›, in quantum significat finem consumentem, realiter privationem importat ulterioris protensionis, | infinitum autem simpliciter in creaturis, si ponatur esse in actu, importat huius privationis privationem, in Deo autem negationem; privatio autem, vel negatio privationis, realis affirmatio est: in eo igitur in quo infinitum videtur significare negationem aut privationem, realiter significat affirmationem.

Et sic absolute dicendum, quod infinitum in Deo affirmationem et positivum quid significat, non negativum, etsi | nomen a negatione imponitur. Dico a negatione, non a privatione, quia infinitum privative dictum nullo modo cadit in Deo, sicut cadit in quantitate dimensionali, nam huiusmodi quantitas nata est habere finem, quantitas autem spiritualis in Deo finem nata habere non est. Unde quantitas dimensionalis infinita dicitur subtractione eius quod nata est habere, quantitas vero spiritualis | in Deo dicitur | ‹infinita› | subtractione eius quod non est ipsa nata habere, sed quod nata est habere creatura, a qua nomen mutuavit, cuius est ratio ‹finitatis› quae nota nobis est et cognita, et per ipsam ‹infinitum›, in quantum dicit eius negationem vel privationem.

Patet igitur et ex nominis impositione, tam in Deo quam | | in creatura, quod hoc nomen ‹infinitum› non significat principaliter negationem vel privationem, sed potius alicuius positionem, quoniam «‹*infinitum*› secundum PHILOSOPHUM, in quantum *infinitum*, *incognitum* est», non autem est incognitum secundum

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   97 M' 199$^{va}$   01 Scarp. 710$^{b}$   03 A 195$^{ra}$   09 I' 193$^{rb}$   14 P' 245$^{ra}$   14 T' 189$^{va}$   14 R' 146$^{ra}$   18 K' 298$^{rb}$   18 W' 163$^{rb}$

---

93 nominis impositio] *inv.* S'   94 sive] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* A"E'K'P'T')   95 finitum] infinitum non Σ (*corr.* I'K'(non *add. s. l.*) infinitum nisi (*del.* in) J')   95 in] vel S'   97 velimus] volumus R'   99 semper] *om.* S'   00 termini] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* A"E'J'K'P'T')   00 consumentis] consummantis A"J'   00 propter] per P'   01 negative] privative K'P' negatione S'   02 consumentem] consummantem J'S'   05 est] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* G'J'Y')   06 eo] Deo E'J'   07 significat] non neg. *add. et del.* D'   09 quid] aliquid Σ (*scr.* K'P')   11 in quantitate] *om.* T'   11 dimensionali] dimensionaliter Σ (*corr.* I' dimensibiliter M')   13–14 quod … eius] *om.* (*hom.*) D'   16 cuius] cui Σ (*corr.* I' cum J'R'W' quae M')   16 nota] nata Σ (*corr.* D'E'I') (*scr.* G'K'P°Y')   18 et] *om.* Σ (*corr.* I')   18 impositione] imposita est I'(*corr.*)M'R'S'W'   18 in$^{2}$] *om.* R'   20 infinitum] finitum T'   21 est$^{2}$] *om.* I'(*corr.*)K'P'

---

20–21 Cf. ARIST., *Phys.*, I, c. 4 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 19,17–20,1; 187b 7); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 105); cf. *supra*, p. 71,7–8.

quod importat negationem vel privationem | finis consumentis, ut dictum est. Oportet igitur quod infinitum in quantum infinitum, significat positionem contrariam illi fini consumenti, secundum quam est incognitum et hoc intellectui creato, ut dictum est, quod autem significat infinitum in quantum infinitum est, hoc est significatum principale. Infinitum ergo, non tantum in Deo sed et in creatura, principaliter significat positionem, sive aliquid | affirmative.

Unde quod mundus, quem PHILOSOPHUS posuit esse totum et summe perfectum, non potuit dici ab eo infinitus, hoc non erat tam quia terminum habebat, superficiem extremae spherae, quam quia non habebat aliquam ulteriorem protensionem. Unde patet quod talis finitas mundi realem importat negationem, licet imponatur a modo affirmationis. Propter quod non est mirum, si e contrario infinitum, tam in Deo quam in creaturis, realiter importet affirmationem, licet imponatur a modo negationis vel privationis, quia negatio, per quam via remotionis a Deo | quod est in creatura, cognoscimus aliquid in Deo, nobis | notior est quam affirmatio absoluta eius, quod secundum veritatem est in Deo.

Et hoc est quod dicit DIONYSIUS, tangens utrumque eorum in significato huius nominis ‹infinitum›, II° cap. Caelestis hierarchiae, loquens de divina essentia: «*Aliquando dissimilibus manifestationibus ab ipsis eloquiis supermundane laudatur, eam invisibilem et infinitam et incomprehensibilem vocantibus, ex quibus non quid est, sed quid non est, significatur. Hoc enim, ut aestimo, patentius est in ipsa*». Ecce quoad significatum negativum. Et sequitur quoad affirmativum: «*Ignoramus autem superessentialem ipsius et invisibilem et ineffabilem infinalitatem*». Et quod illa ‹ineffabilis infinalitas› re affirmatio est, licet modo negationis propter defectum nostri intellectus in ipsam comprehendendo significata, aperte declarat DIONYSIUS in similitudinibus, VII° cap. De divinis nominibus. Ubi dicit sic: «*Consuetu*do *est theologis,*

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 22 S' 137[vb] 27 E' 65[ra] 35 D' 156[ra] 35 Scarp. 711[a]

---

23 oportet igitur] *inv.* K' 23 significat] significet Σ 24 illi] *om.* Σ 24 incognitum] cognitum K'P' 24 hoc] in *add. et del.* D' 24 intellectui] intellectu D' 25 in … infinitum] *om.* S' 26 et] *om.* Σ (*scr.* E'T' etiam Y') 28 quod] *om.* T' 29 habebat] scilicet *add.* Σ (id est *add.* J') 30 quam] quod *sed corr. i. m. in* sed E' 31 patet quod] *add. i. m.* E' 32 licet] sed K'P' 35 creatura] creaturis Σ 37 eorum] *om.* Σ (*corr.* I') 38 II° cap.] *inv.* Σ 43 ignoramus] ignoscamus S' 43 ipsius] *om.* D' 43 et] etiam K' 43 invisibilem] visibilem D'G'I'(*corr.*)R'S'W'Y'(*corr.*) 44 et[1]] *om.* D'I'(*corr.*)R'S' 44 ineffabilem] effabilem *sed add. s. l.* in W' 46 VII°] V° Σ (*corr.* I') (*scr.* A"E'J'K'P'T')

---

22 Cf. *supra*, p. 95,198–201. 25 Cf. *supra*, p. 94,184–186. 28–29 ARIST., *De caelo*, I, c. 1, in ALBERTI M. *Comm.*, I (ed. P. HOSSFELD, p. 6,80–83; Iunt. V, f. 4vG; 268b 8–9); cf. *De caelo*, I, c. 9; Iunt. V, f. 66rD; 279a 6–7; cf. etiam AVERROES, *Metaph.*, V, comm. 21 (R. PONZALLI, p. 180,36–37; Iunt. VIII, f. 180,36–37); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 5). 37–44 PS.-DIONYSIUS, *De cael. hier.*, c. 2, §3 (Transl. Ioannis Scoti in HUGONIS DE S. VICTORE *Comm.*, ed. PL 175,958B; in ALBERTI M. *Comm.*, ed. P. SIMON et W. KÜBEL, p. 25,77–79; p. 27,66–67; PL 122, 1041C; *Dionysiaca*, II, p. 757–758; PG 3, 140D–141A).

*contrario mentis affectu a Deo quae sunt privationes depellere, | sicut et invisibilem aiunt eloquia claram lucem, et multum laudabilem et multivocum, ineffabilem et innominabilem, et omnibus praesentem et ex omnibus inventum, incomprehensibilem et non-investigabilem.*» Ecce quia dicimus Deum tamquam claram lucem invisibilem, | ut contrario affectu negationis vel privationis, quam nomine exprimimus, realem privationem vel negationem depellamus et | apicem visibilitatis | exprimamus, a cuius visione apex mentis nostrae necesse habet deficere.

Propter quod, cum nomina imponimus rebus sicut ipsas comprehendimus, sub modo privationis nomen imponimus propter nostram defectibilitatem circa ipsam, per quam tamen intendimus insinuare nobis incomprehensibilem positionem. Et sic Deum, qui est finis omnis consummationis, dicimus infinitum, insinuando in ipso finem consummantem, ultra capacitatem omnis creaturae semper ulterius protensum. Et quod dictum est de invisibili et infinito, hoc intelligatur de quolibet nomine privative in Deo. Et quod ista ad litteram sit intentio Dionysii, patet, quia per hoc exponit illud Apostoli, «*quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*» dicens: «*eodem modo et divinus Apostolus laudasse dicitur stultitiam ineffabilem, et ante omnem rationem referens veritatem*, hanc igitur irrationalem et mente carentem.»

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum igitur in oppositum, quod «creatura dicitur finita positive; ergo e contra Deus dicitur infinitus negative», dicendum secundum iam dicta, quod verum est, sed illa affirmatio finis, quam dicit | «finitum» in creatura, est per carentiam perfectissimae positionis, scilicet protensionis in infinitum eius, cuius non tam consummationem quam consumptionem dicit finis in creaturis. Et ad

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 48 M' $199^{vb}$ 52 P' $245^{rb}$ 53 K' $298^{va}$ 54 I' $193^{va}$ 70 A $195^{rb}$

---

48 contrario] quanto K' 50 praesentem] potentem Σ (*corr.* I' petentem A"M') 52 affectu] effectu P' 54 necesse] *om. sed add. i. m.* K' 56 imponimus] ponimus D'G'I'(*corr.*)R'S'W'Y' (*scr.* A"E'J'K'M'P'T') 58 ipsam] *del. et add.* ipsum K' 58–59 positionem] compositionem *sed del.* com D' 62 privative] privativo Σ (*corr.* I') (*scr.* M') 63 intentio] intensio E'I'R'S'T' *om.* G' 64 sapientius est hominibus] hominibus est sapientius Σ (*scr.* K'P') 66 hanc] habeat D'G'I'(*corr.*)R'S'W'Y'(habeant) 66 irrationalem] irrationabilem K'P' 68 finita] infinita *sed del.* in D' 69 e contra] e contrario R' 70 creatura] creaturas Σ (creaturis J'K'P'Y') (*scr.* T') 72 consumptionem] consummationem D'I'(*corr.*)J'R'S'W' *om. add. i. m.* consumptionem Y'

---

47–51 Id., *De div. nom.*, c. 7, §1 (in Thomae de Aq. *Comm.*, c. 7, lectio 1, n. 300, ed. Torino-Roma, p. 261; PL 122, 1153A; *Dionysiaca*, I, p. 382–383; PG 3, 865B–C). 63–64 I$^{a}$ *Ad Cor.* I, 25. 64–66 Ps.-Dionysius, *De div. nom.*, c. 7, §1 (PL 122, 1153A–B; in Thomae de Aq. *Comm.*, c. 7, lectio 1, n. 300, ed. Torino-Roma, p. 261; *Dionysiaca*, I, p. 1153A–B; PG 3, 865B). 68–69 Cf. *supra*, p. 88,6–8. 69 Cf. *supra*, p. 90,69–72.

illius protensionem circa naturam divinam significandam | utimur hoc nomine ‹infinitum›, licet imponatur a negatione finis consumentis, quem positive dicit ‹finitum› in creatura. Et sic quoad modum significandi et nominis impositionem finitum magis significat aliquid positive quam infinitum, quantum tamen ad rem intentam significati est e converso, ut dictum est.

Ad secundum, quod ultra «rationem completi, perfecti et totius significat aliquid hoc nomen ‹infinitum›, quod non potest esse aliquid positivum», dicendum secundum praedicta quod infinitum non significat aliquid ultra rationem perfecti et totius, quod omnino sit extra rationem perfecti et totius, sed quod in ipsa concluditur sicut determinatum in indeterminato. Sic enim perfectum addit super rationem boni simpliciter accepti rationem | completionis | et consummationis in bonitate, quam bonum absolute dictum non explicat suo nomine, includit tamen ipsum | sicut confusum determinatum: ratio enim completionis est ratio bonitatis cuiusdam. Unde, cum nihil potest esse actu infinitum quin sit perfectissimum et summe totum, licet infinitum in potentia rationem imperfecti et partis habet, ut dictum est supra, et tunc deinde | dicitur aliquid vere infinitum, cum perfectioni suae et | totalitati eius non potest fieri additio, quod non solum est propter negationem vel privationem finis consumentis, | sed magis propter protensionem quae omnem huiusmodi finem excludit, et est vera ratio positiva, non ultra rationem positivam in nomine perfecti vel totius, ita quod sit extra ipsum, sed quae est inclusa in ipsa ut in confuso, et explicata determinate nomine infiniti, ut dictum est. Et sic ratio infiniti est ultima ratio determinata positiva quae in re quacumque potest haberi, et exprimit summe rationem | dignitatis divinae.

Et quod arguitur, | quod «id quod est citra ultimum positivum in re, habet rationem imperfecti et incompleti, et sic ‹completum›, ‹perfectum› et ‹totum› significant id quod est ultimo positivum in re», dicendum quod positivum in re, significatum ultra rationem totius et | perfecti, potest intelligi dupliciter: vel quod illud positivum sit omnino extra rationem totius et perfecti, vel inclusum ut

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    73 Scarp. $711^{b}$    83 W' $163^{va}$    83 S' $138^{ra}$    85 R' $146^{rb}$    88 K' $298^{rb}$    89 T' $189^{vb}$    90 P' $245^{va}$    95 J' $106^{vb}$    97 I' $183^{vb}$    00 M' $200^{ra}$

---

73 significandam] significatam D'E'I'(*corr.*)W'   76 finitum] infinitum D'   76 tamen] cum S'   77 intentam] intendam R'(*corr.*)W'   77 significati] significari A"I'R'S'T'W'   77 e converso] ergo S'   82 in] *om.* K'M'P'R'S'W' (*scr.* A"E'G'J'T'Y')   84 quam] quando Σ (*corr.* E'I'Y') (*scr.* G'K'P')   84 absolute … nomine] suo nomine dictum non explicat absolute K'P'   85 ipsum] ipsam Σ (*corr.* I')   89 cum] causa Σ (*corr.* I' est G'J') (*scr.* A"D'K'P'Y')   91 propter] sicut S'   92 perfecti] imperfecti A Σ (*corr.* E'T') (*scr.* G'J')   93 confuso] confusa E'   94 ut … infiniti] *om.* (*hom.*) I'(*add. i. m.*)S'   98 rationem] et *add.* Σ (*corr.* I') (*scr.* E'J'K'P'T')   98 imperfecti et incompleti] *inv.* E'J'   99 in] *om.* E'   99 re] se *sed corr.* E'

---

77 Cf. *supra*, p. 90,69–72.   78–79 Cf. *supra*, p. 88,13.   80 Cf. *supra*, p. 93,143–146.   88 Cf. *supra*, p. 76,137–138.   94 Cf. *supra*, p. 90,73–79.   97–99 Cf. *supra*, p. 88,18–19.

in confuso. Primo modo verum est assumptum, et hoc modo nullum est attributum divinum quod significat in Deo aliquid positive super divinam essentiam, et quod est citra tale positivum in re significatum, non potest esse nisi imperfectum et incompletum. Secundo modo bene significant attributa divina aliquid positive super | divinam essentiam, et unum attributum | super aliud. Et sic non est verum quod id quod citra tale positivum in re significatur, non sit nisi imperfectum, immo est aeque | perfectum secundum rem, licet non secundum rationem intelligendi, secundum quod esse in Deo continet omnem divinam perfectionem, sed secundum rationem intelligendi sub perfectiori ratione significat ‹vivere› in Deo quam ‹esse›. Et sic ultra rationem totius et perfecti significat rationem positivam hoc nomen ‹infinitum›, quia explicat rationem perfecti et totius, quod hoc nomen ‹totum› vel ‹perfectum› non explicat, ita quod perfectum et totum simpliciter et in summo non intelliguntur in Deo, nisi quia includant rationem infiniti. Ut | sic nullum finitum in quantum finitum, per limitationem protensionis spiritualis bonitatis et perfectionis habet rationem perfecti simpliciter et absolute, sed solum infinitum, etsi finitum habeat rationem totius et perfecti, hoc est, in genere aliquo, non absolute. Quomodo autem talis ratio positiva in divinis attributis super rationem essentiae non sumitur ex aliquo absoluto, sed solum respectivo, videbitur infra, cum erit sermo de diversitate attributorum.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  06 E' $65^{\mathrm{rb}}$  06 D' $156^{\mathrm{rb}}$  08 Scarp. $712^{\mathrm{a}}$  15 Scarp. $712^{\mathrm{b}}$

---

03 super … essentiam] *om.* (*hom.*) K'P'  03–06 et … essentiam] *om.* (*hom.*) T'  04 est] *om.* Σ (*corr.* I' *def.* T')  04 re] se I'(*corr.*)S'  07 significatur] significatum T'  07 sit] *om.* D' potest esse T'  07 imperfectum] perfectum R'  08 rem … secundum] *om.* P'  09–10 secundum … intelligendi] *om.* (*hom.*) T'  10 rationem] modum P'  13 vel] et P'  14 in] *om.* D'G'(*add. s. l.*)I'(*add.* )R'S'W'  14 includant] excludant Σ  15 infiniti] finiti T'  15 limitationem] *illeg.* Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* A"E'J'K'M'P'T')  15–16 protensionis] intencionis R'  17 finitum] infinitum E'  20 respectivo] respectivum D'G'I'(*corr.*)R'S'W'

---

20 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 51, q. 1 (ed. 1520, II, f. 53vI–K).

# ARTICULUS XLV
# DE DEI VOLUNTATE

Sequitur | de Dei voluntate, circa quam quaeruntur quattuor: primo si in Deo sit voluntas, secundo si voluntas in Deo sit potentia activa vel passiva, supposito quod habeat in Deo rationem potentiae secundum modum supra determinatum de ponendo in Deo potentiam, tertio si voluntas Dei sit libera, quarto si in voluntate Dei sit libertas arbitrii.

## | QUAESTIO 1

### UTRUM IN DEO SIT VOLUNTAS

Circa | primum arguitur, quod in Deo non sit voluntas.

Primo sic. | «*Voluntas*» secundum ANSELMUM, De libero arbitrio, «est *instrumentum se ipsum movens*». In Deo autem nihil est se ipsum movens, quia se ipsum movens est simul movens et motum, et reducitur ad aliud prius movens non motum, secundum PHILOSOPHUM, VIII° Physicorum. Quod non potest contingere alicui quod est in Deo, quia est primum movens immobile, «*dans cuncta moveri*», secundum BOETHIUM. Ergo etc.

Secundo sic. Voluntas non est in aliquo, nisi ex ordinatione eius in finem per voluntatem; | *voluntas* enim *finis est* secundum PHILOSOPHUM, III° Ethicorum Deus autem nullum ordinem habet in finem, quia non est ipsi finis, sed ipse est omnium finis. Ergo etc.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    3 Bad. II f. 16[rH] Scarp. 713    1 A Σ : D'E'G'I'J'-K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    3 Bad. II f. 16[rI] Scarp. 713[a]    4 P' 245[va]    11 I' 194[ra]

---

1–2 Articulus … voluntate] *om.* A Σ (*scr.* D' XLV[us] articulus … ); cf. *infra*, p. 100,3    3 quam] quod D'    3–7 primo … secundo … tertio … quarto] primum secundum tertium quartum Σ (*scr.* I')    6 in] *om. sed add. i. m.* D'    2 Utrum … voluntas] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 100,3–4    3 in … voluntas] voluntas non sit in Deo K'P'    3 non] *om.* Σ (*add.* E'I') (*scr.* J'K'P')    5 est] *om. sed add. i. m.* K'    6 ad] motum *add. et del.* K'    7 VIII° Phys.] *om.* T'    12–13 sed … finis] *om.* (*hom.*) E'

---

5–6 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 35, q. 1 (ed. G. A. WILSON, p. 3–12). 4–5 ANSELMUS, *De concordia*, III, c. 11 (ed. F. SCHMITT, II, p. 284,3–4; PL 158, 537A). 6–7 ARIST., *Phys.*, VIII, c. 6 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 303,17–304,1; Iunt. IV, f. 385rD; 258b 10–12); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 19, a. 1, arg. 3.    9 BOETHIUS, *De cons. phil.*, III, metrum 3 (CC lat. 158, p. 537A; CSEL 67, p. 63,1.19; PL 63, 758A); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 25, 47); cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, a. 32, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 78,2–3).    11–12 ARIST., *Eth. Nic.*, III, c. 4 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, 414,20; Iunt. III, f. 35vI; 1111b 27); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia–IIae, q. 8, a. 2.

In contrarium est illud, <Ad> Ephesios V$^{o}$: «*nolite esse imprudentes, sed intelligentes quae sit voluntas Dei*», et <Ad> Romanos, XII$^{o}$: «*ut probetis quae sit voluntas Dei*».

<SOLUTIO>

Quaestionem de voluntate, in quo habet esse, oportet determinare per rationem boni, sicut quaestionem de intellectu, in quo habet esse, oportet determinare per rationem veri, sed e contrario determinatis supra circa illam de | intellectu divino. Est igitur sciendum quod ex parte intellectus, et universaliter ex parte virtutis cognitivae, ita est quod nihil habet cognosci, nisi secundum quod habet esse apud cognoscentem ut perfectio eius, et secundum quod secundum actum est declarativum et manifestativum sui ipsius apud ipsum, et habens apud ipsum perfectam rationem veri. | Actus enim cognoscendi in patiendo perficitur, et quasi per motum rei cognitae in cognoscente. Cognitum autem apud cognoscentem | non habet esse nisi sub ratione esse immaterialis. Unde, ubi non habet esse rationem immaterialis, sed materialis, ibi non habet rationem cogniti, et ibi habet rationem cogniti, quantum est de se, ubi habet rationem esse immaterialis, secundum COMMENTATOREM super principium | II$^{i}$ Metaphysicae. Eadem autem semper est ratio cognoscentis et cogniti, sicut in sensibus et sensibilibus eadem est ratio | organi et obiecti. Eadem ergo ratione nihil habet aliquid cognoscere nisi sub ratione esse immaterialis, ex quo contingit quod illa quae omnino habent esse materiale, nihil omnino cog|noscunt, neque cognoscuntur nisi per aliquam sui abstractionem a materia et esse materiali; quae vero habent aliquod esse immateriale, secundum gradus immaterialitatis plus sunt cognoscentia et cognoscibilia.

Unde sensibilia, quae habent formas alligatas omnino ma|teriae secundum substantiam et esse, infimum gradum habent cognoscentium, et post haec illa

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 20 Scarp. 713$^{b}$ 25 S' 138$^{rb}$ 27 W' 163$^{vb}$ 30 R' 146$^{vb}$ 32 M' 200$^{rb}$ 35 K' 299$^{rb}$ 38 Scarp. 714$^{a}$

21 universaliter] aliter T' 24–25 et … ipsum] *om.* (*hom.*) J'P' 25 apud] intellectum *add. et del.* D' 25 perfectam] perfectionem D'(?)I'(*corr.*)M'R'W' perfectorum S' 27 apud] intellectum *add. et del.* D' 28 ubi] *om.* S' 28 esse] *add. i. m.* secundum E'P' 29 cogniti] *iter.* S' 29 rationem$^{2}$] *om.* E' 29–30 cogniti … rationem] *om.* (*hom.*) S' 30 esse immaterialis] *inv.* K' 31 semper] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* A"E'J'K'M'P'T') 35 neque] nec S' 38 alligatas omnino] *inv.* K' 39 infimum] infinitum A"D'I'(*corr.*)R'S'T'W' 39 post] prius *sed corr.* K'R' 39–40 illa … alli] *iter.* T'

14–15 *Ad Eph.*, V, 17. 15–16 *Ad Rom.*, XII, 2. 20–21 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 33, Introd. (ed. R. MACKEN, p. 122–123). 23–25 Cf. *supra*, art. 34, q. 5 (ed. R. MACKEN), p. 208,70: «veritas … manifestativa»; p. 228,57s.: «verum esse declarativum esse»; p. 229,3: «verum … est manifestativum» (*et saepius*). 30–31 AVERROES, *Metaph.*, II, comm. 1 (ed. G. DARMS, p. 55; Iunt. VIII, f. 29rB–C); cf. THOMAS DE AQ., *In Metaph. Comm.*, II, c. 1, lectio 1 (ed. Torino-Roma, p. 80–83).

quae habent formas alligatas materiae secundum esse, et non secundum essentiam, ut sunt | rationalia, sicut homines, et super haec illa quae habent formas omnino abstractas a materia et secundum esse et secundum essentiam, limitatas tamen, ut sunt intellectualia, sicut angeli. Et super omnia forma illa est cognitiva, quae omnino libera est a materia et conditionibus materiae, ut illa quae est omnino illimitata, ut est deitatis essentia. Propter quod est medium et ratio se ipsum cognoscendi et omnia alia, quod nulli formae creatae convenit, ut supra dictum est in parte, et amplius dicetur inferius.

Et sicut secundum | iam dictum modum est ex parte intellectus et virtutis cognitivae, sic est e contrario ex parte voluntatis et virtutis appetitivae, quod nihil habet appeti nisi secundum quod habet esse in se ut perfectio appetentis et ut secundum actum quietativum illius, et habens in se secundum se, perfectam rationem boni. Actus enim appetitivus rationalis in agendo perficitur, et quasi per modum appetentis in id quod appetitur; appetitum autem secundum se ipsum non habet esse nisi sub ratione esse naturalis. Unde, ubi res naturalis habet rationem esse abstracti ab esse | naturali, ut in consideratione mathematica, ibi non habet omnino rationem appetiti, quia neque boni secundum PHILOSOPHUM, III° Metaphysicae, et ubi habet suum esse naturale, ibi habet rationem boni et appetiti, quantum est de se. Quare, cum eadem debet esse ratio appetentis et appetiti, sicut cognoscentis et cogniti, eadem ergo ratione nihil habet | appetere, nisi ratione sui esse | in se naturalis, et quaecumque habent in se aliquod esse naturale, habent rationem appetitus et appetentis.

Ex quo contingit quod, cum omnia quaecumque sunt, habent esse aliquod | naturale in se, quod omnia entia habent appetere, sed diversimode secundum gradus esse et naturae suae, unde quae non habent perfectionem in natura sua et esse, nisi quia sunt similitudo et participatio eius quod est perfectum per

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  41 T' 190ra  48 P' 246rb  55 I' 194rb  59 D' 156va  60 G' 155va  63 E' 65va

---

40 esse] et non secundum esse *add.* S'  42 abstractas] omnino *add.* D'  42 secundum[2]] *om.* Σ (*scr.* K'P')  44 et] a *add.* K'  44 ut] *add.* est Σ  44–45 est omnino] *inv.* Σ  45 est[1]] *om.* Σ  47 et] *om.* K'P'  48 iam dictum modum] dictum iam modum K'  49 quod] quam R'  51 habens] habent Σ (*corr.* I') (*scr.* E'J'K'M'P'T'Y')  51–52 perfectam rationem boni] rationem boni perfectam K'  53 appetentis] *conf.* Σ (*corr.* I') (*scr.* A"E'J'K'P'T'Y')  54 unde … naturalis] *om.* (*hom.*) R'  54 ubi] ibi *sed corr. i. m.* K'  55 ibi] ubi Σ (*corr.* I' *om.* J') (*scr.* A"K'P'Y')  56 appetiti] appetitivi K'P'  56 quia] *om.* K'P'T'(*sed add. i. m.*)  57 et] ut D'I'(*corr.*)R'S' aut W'Y'(*corr.*)  58 appetiti] appetitivi K'P'  59 nihil habet] *inv.* E'  59 appetere] appeti K'P'  60 sui esse] suae esse J'(*corr.*)T' suae essentiae Σ (*corr.* I') (*scr.* K'P')  60 in[1] … se[2]] *om.* (*hom.*) K'  62 omnia] divina K'P'  62–63 esse … naturale] esse naturale aliquod J'  62 esse aliquod] *inv.* Σ  63 sed] et K'P'  65 perfectum] *om.* D'

---

46–47 Cf. *supra*, art. 40, q. 1 (ed. G. A. WILSON, p. 261,19–27); cf. *infra*, art. 49, q. 5 (ed. 1520, II, f. 148rC).  55–57 ARIST., *Metaph.*, III, c. 2 (ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 44,4–5; Iunt. VIII, f. 40vG; 996a 30–31); cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 17 (ed. 1518, II, f. 78vH); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 5, a. 3, arg. 4.

essentiam et in suo esse, sicut bonum ipsorum proprium quod consistit in ipsa perfectione eorum, non est bonum perfectum secundum determinata, sic non habent illud appetere ut perfecte quietata in eo, sed appetunt ipsum ut in ipsum per appetitum tendentia sicut in finem et bonum simpliciter, a quo habent quod | sunt bona per | participationem. Et sic appetentia sunt omnia creata, quae habent suum proprium bonum per participationem, licet diversimode, ut in 3ª quaestione sequenti dicetur.

Illud vero ens quod habet perfectionem simpliciter in natura sua, et esse sicut bonum ipsius, quod consistit in eius perfectione, est bonum perfectum secundum supra determinata. Sic appetit illud, ut perfecte in suo bono quietatum, et hoc modo soli Deo convenit appetere. Appetitus autem, cum est absque cognitione, tunc dicitur pure naturalis, sicut *materia appetit formam*. Cum vero est cum cognitiva sensitiva, tunc vocatur appetitus animalis. Quando vero est cum cognitione intellectuali, tunc dicitur voluntas. Cum ergo Deus est naturae intellectualis, in Deo ponendum est esse voluntatem, non quia ex hoc quod Deus habet intellectum, argui possit quod habeat voluntatem, ut habere intellectum sit ratio | habendi voluntatem, sed quia sine intellectu non est voluntas.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, quod «voluntas est instrumentum se ipsum movens» | dicendum quod, si motus sumatur proprie pro variatione quacumque, sic definitio illa solum convenit voluntati creaturae; si autem sumatur improprie pro quacumque actione, sic convenit voluntati increatae, quia est primum principium actionis suae et se ipsum libere ponit in actum, ut in 3ª quaestione sequenti videbitur.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  70 Scarp. $714^{b}$  70 K' $299^{va}$  82 A $195^{vb}$  86 M' $200^{va}$

---

68 perfecte] perfectam D'I'(*corr.*)M'S'Y' perfectis A'' perfectum W' 69 quod] quae T' 70 per] *om.* S'W' 71–72 3ª … sequenti] sequenti quaestione tertia Σ (sequenti tertia quaestione A''K'M' s. q. infra T') 73 esse] essentia Σ (*corr.* E'I'Y') 76 soli Deo] similitudo K' simili Deo P' 76 cum est] *conf.* Σ (*corr.* A''E'(*add. i. m.* cum)G'(*om.* est)I') *scr.* J'K'M'P'T'Y' 78 est … cognitiva] cum cognitiva est Σ (est *om.* A''G') 79 voluntas] veritas D'I'(*corr.*)R'S'W' 79 Deus] non *add.* Σ (*corr.* I'Y') (*scr.* A''E'G'J'M'T') 80 non quia] *inv.* Σ (*corr.* G'I') (*scr.* A''E'J'K'M'P'T') 82 sed] licet S' 86 variatione] varietate Σ 87–88 improprie] proprie T' 88 increatae] in creaturae D'(*del.* in)G'(*corr.*)R'S'W' 88 primum] *om.* R' 89 se] *om.* R'

---

67 Cf. *supra*, p. 8,91–95; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 29, q. 6 (ed. 1520, I, f. 174vN). 71–72 Cf. *infra*, p. 110,19–21. 75 Cf. *supra*, p. 12,90–91. 77 ARIST., *Phys.*, I, c. 9 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 40,3–4; Iunt. IV, f. 46rb; 192a 23); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 32). 85–86 Cf. *supra*, p. 100,4–5. 89–90 Cf. *infra*, p. 118,239–119,242.

Ad | secundum, quod «non est voluntas nisi ordinati in finem» etc., dicendum quod non est voluntas nisi finis. Sed hoc contingit dupliciter, vel ut distantis ab ipso et ideo tendentis in ipsum modo praedicto, et quod sic est finis, proprie dicitur ordinatum in finem, et solum convenit voluntati creatae; vel ut quietati in fine, et quod sic est finis, non dicitur proprie ordinari in finem, sed dicitur | finis absolute, et hoc modo finis est voluntas increata. |

## | QUAESTIO 2

### Utrum voluntas in Deo sit potentia activa vel passiva

Circa | secundum arguitur, quod voluntas Dei sit virtus passiva.

Primo sic. Quoniam omnis vis non movens nisi prius mota, est vis passiva, quia moveri pati est. Voluntas Dei est huiusmodi, quia non movetur ad actionem nisi mota per obiectum. Appetitivum enim movet, et propter hoc intelligentia movet, quia principium ipsius est appetitivum. Ergo etc.

Secundo sic. Secundum Priscianum in | fine *Minoris*, «omnia verba ad animam pertinentia significant passionem». ‹Velle› verbum est ad animam pertinens, ergo passionem | significat. Sed velle est actus voluntatis, passio autem non est actus nisi virtutis | passivae. Ergo etc.

In contrarium est, quoniam omnis vis passiva in suo actu necessitatem habet ab alio movente ipsam. Quod si moveat illud, necesse est ipsam in suo actu moveri ab illo. Voluntas autem Dei, quia est omnino libera, a nullo in suo actu necessitatur, ut patebit in quaestione sequenti. Ergo etc.

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 91 P’ 246[rb] 96 W’ 164[ra] 96 S’ 138[va]
1 A Σ : A”D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 3 Bad. II f. 16[vP] Scarp. 715[a] 8 I’ 194[va]
10 R’ 146[vb] 11 K’ 299[vb]

---

91–92 dicendum] ad S’W’ 92 non] *om.* D’ 93 ipsum] ipso K’ (*sed corr. i. m.*) 93 finis] *add.* non D’ 94 dicitur] *om.* T’ 95 fine] finem K’P’ 95 dicitur proprie] *inv.* Σ 2 Utrum … passiva] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 100,4–6 3 Dei] non *add.* D’ 6 Appetitivum] appetitum(?) Σ (*corr.* I’) (*scr.* E’K’M’P’T’) 7 quia … appetitivum] haec intelligentia R’ 7 appetitivum] appeti D’I’(*corr.*)S’W’ 10 est] *om. sed add. s. l.* E’ 11 non] *om. sed add. i. m.* E’ 13 alio] aliquo K’P’ 13 illud] ideo K’ 13 ipsam] ipsum R’ 13 in] *om.* K’P’ 14 illo] ipso T’ 14 omnino] in suo actu *add.* K’P’ 14 a nullo in suo] in suo a nullo R’ 15 quaestione sequenti] *inv.* Σ

---

91 Cf. *supra*, p. 100,10–11. 8–9 Cf. Priscianus, *Institutiones grammaticae*, VIII, c. 24 (ed. H. Keil, II, p. 391,3–4): «… sunt etiam quaedam activa (verba) voce passivam significationem habentia …»; cf. Thomas de Sutton, *Quaest. ord.*, q. 7 (ed. J. Schneider, p. 227,94–96): «Unde Priscianus dicit quod talia verba habent vocem activam et sensum passivum, id est significationem passivam». Matthaeus ab Aquasparta O.F.M., *Quaest. disp. De fide et de cognitione*, q. 1 (ed. *Bibliotheca franciscana scholastica medii aevi*, Tom. I, Quaracchi 1957, p. 206,16–17): «Item, secundum Philosophum voces sunt signa earum passionum quae sunt in anima». Cf. etiam Arist., *Lib. Periherm.*, c. 1; 16a 3–4: «sunt ergo ea quae sunt in voce earum quae sunt in anima passionum». Cf. Boethius, *De divis.* (PL 64, 886C). 15 Cf. *infra*, p. 118,239–119,242.

## <SOLUTIO>

Dicendum ad hoc, quod sic est in omnibus potentiis et virtutibus quae habent actus determi|natos ad obiecta, quod secundum rationem formalem obiectorum determinantur et distinguuntur ipsae potentiae et actus earum. Verbi gratia, quia secundum formam et speciem differunt color et sonus, et secundum formam et speciem differunt visus et auditus, similiter videre et audire. Quaecumque autem potentiae determinantur secundum rationem formalem obiecti, actus earum secundum esse completum et formale habent terminari ad obiectum, secundum quod habet esse perfectum et completum in esse suo formali, ut cum color habet esse formale et completum potius in obiecto quam in medio vel in orga|no, actus videndi perfectus habet terminari ad colorem prout habet esse in obiecto.

Nunc autem ita est iuxta illud dictum PHILOSOPHI in VIº *Metaphysicae*: «*verum et falsum non sunt in rebus sicut bonum et malum, sed sunt in cognitione*», quod, licet verum et falsum quodam modo habent esse in cogitatione et quodam modo in rebus, quia ambo, et res et cogitatio, dicuntur vera, et veritas habet esse in rebus et habet esse in cognitione, tamen perfectius esse habent in cognitione quam in rebus. Non quod cognitio perfectius dicenda est esse vera quam res, et veritas cognitionis denominans cogitationem perfectiorem

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'     18 T' 190[rb]     26 Scarp. 715[b]

---

18 ad] ab R'   20 quia] sicut R'   20–21 color … differunt] *om.* (*hom.*) J'R'   21–22 Quaecumque] quicumque A"I'(*corr.*)M'S'W' cuicumque D'(*conf. sed i. m. corr.*)   22 rationem formalem] *inv.* S'   23 terminari] determinari K'   24 habet] habent K'   24 completum] formale K'   25 cum] *add. s. l.* T'   25 potius] ipsius R'Y'(*corr.*) quam *add.* I'(*corr.*)R'S'W' (*scr.* A"M'K'P'T')   30 cogitatione] cognitione A Σ   31 cogitatio] cognitio (cogitō/cogo) Σ   31 dicuntur] dicunt P'   31 et[3]] *add. s. l.* T'   32 esse habent] *inv.* R'   33 est] *om. sed add. i. m.* S'   34 vera] *om.* S'   34 cognitionis] *conf.* A   34 cogitationem] cognitionem A(*sed corr. superscribendo*) A"G'I'J'K'P'Y' (*scr.* D'E'(*corr. in* cognitionem)M'(*corr.* in cognitionem)R'S'W'T')

---

19 Cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 6, 56): «Potentiae cognoscuntur per actus, actus vero per obiecta». Cf. ARIST., *De an.*, II, c. 4 (in ALBERTI M. *Comm.*, I, ed. CL. STROICK, p. 83,59; 415a 16–22); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 8, a. 2.   28–30 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 234 (apparatu infrascripto), p. 235,80–81); ID., *ibid.*, q. 1 (ed. p. 163,4–6); cf. AVERROES, *Metaph.*, VI, comm. 8 (Iunt. VIII, f. 152vG); cf. ARIST., *Metaph.*, VI, c. 4 (Transl. arabo-lat., Iunt. VIII, f. 151vM; 1027b 25–27); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 153; 1027b 25–27). In demonstratione veritatis argumentativa loquitur Henricus secundum mentem et sententiam b. Anselmi de cogitatione (cf. *Summa (Quaest. ord.)*, art. 22, q. 3, art. 30, q. 3, ed. 1520, I, f. 131vA–132vH, 179vK–180vY). Iste terminus est ipsissimus magistri, qui in art. 34, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 234,89*–95*) in doctrina de conceptu veritatis longe lateque declaratur. In plurimis manuscriptis (A"D'E'I'J'K'P'P°R'S'T'W'Y') abbreviatio ‹cognitio›/‹cogitatio› partim littera confusa, partim littera correcta scribitur. In copia Magistri A abbreviatio ‹cognitio› superscribendo (a magistro?) correcta est. In editionibus a. 1520 et 1646 actores earum (I. Badius et H. Scarparius) legerunt in ista quaestione solum 'cogitatio'.

habeat rationem veritatis quam veritas rei denominans rem ipsam esse veram, sed quod res ipsa perfectiorem habeat in se rationem veritatis secundum esse quod habet in cogitatione, | | quam secundum esse quod habet in se extra, secundum quod expositum est et declaratum supra in quaestionibus de veritate Dei.

Bonum vero et malum e contrario, licet ambo habent esse quodam modo in re et quodam modo in voluntate, quia ambo, res et voluntas, dicuntur esse bona, tamen perfectius esse habent ambo in re volita quam in voluntate. Cuius ratio est, quia, ut supra dictum est in quaestionibus de bonitate Dei, veritas consequitur rem ratione suae formae, ut est manifestativa eius apud cognoscentem, bonitas vero consequitur rem ratione suae formae, ut ipsa est perfectiva ipsius rei in se ipsa. Quare, cum propterea veritas perfectius rationem | veritatis habet in cogitatione quam in rebus, secundum quod supra determinatum est in quaestionibus de veritate Dei, consimili ratione bonitas e contra perfectius habet rationem bonitatis in re quam | in voluntate. Propter quod | PHILOSOPHUS non dicit absolute quod veritas et falsitas sunt in cogitatione, et non in rebus, bonum vero et malum in rebus, non in voluntate, quia, cum ambo sint in ambobus, tamen verum et falsum non ha|bent esse in rebus sicut bonum et malum, quia haec secundum perfectius esse sumuntur esse in rebus et non in voluntate, illa vero e contrario in cogitatione, et non in rebus.

Cum ergo voluntas et intellectus, et universaliter actus eorum qui sunt velle et intelligere, determinantur et distinguuntur secundum formam et speciem, licet secundum rationem solum in Deo, et habent obiecta formalia bonum et verum, actus ergo illi qui sunt velle et intelligere, in suo esse et perfecto et formali habent terminari ad illa, secundum quod habent esse perfectum simpliciter in

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 37 D' 156[vb] 37 P' 246[va] 46 K' 300[ra] 49 M' 200[rb] 49 E' 65[vb] 52 Scarp. 716[a]

---

35 rem ipsam] *inv.* K'P' 35 esse] esset I'(*corr.*)S' *om.* G' 36 perfectiorem] perfectionem D'(?)I'(*corr.*)M'R'S'W'Y' 36 in se] *om.* K'P' 37 quod habet] quam habeat K' 37 cogitatione] cognitione Σ 37 esse] *om.* P' 38 declaratum] est *add.* T' 40–41 quodam … et] *om.* (*hom.*) D' 41 ambo] scilicet *add.* Σ (scilicet et *add.* K'S') 42 esse habent] *inv.* K'P' 42 voluntate] bonitate P' 46 propterea] propter eam D'R' 46–47 veritatis] *om.* D' 47 cogitatione] cognitione Σ (*scr.* W') 48 Dei] *om. sed add. i. m.* D' 48 consimili] eo simili D'R'S'W' 49 in[2]] bonitate *add. et del.* K' 50 non] *om.* K'P' 50 quod] *om.* K' 50 sunt] et *add.* D'R'S'W 50 cogitatione] cognitione Σ 51 non] re *add. et del.* K' 51 non] est *add.* P' 52 in[2]] et Σ (*scr.* E'G'J') 52 habent] habet T' 53 haec] *om.* T' 53 secundum] quod *add.* Σ 53 sumuntur] suum habe<n>t Σ (*corr.* I') 53 esse[2]] *om.* K'R' 54 contrario] contra R' 54 cogitatione] cognitione Σ 57 et[1]] *om.* T' 57 et distinguuntur] *om.* T' 58 secundum] *om.* S' 59 perfecto] perfectio *sed corr.* I'R' 59 et[3]] a *sed corr. s. l.* P' 60–61 habent[1] … formali] *om.* (*hom.*) T'

---

38–39 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 209,84; 212,12–18). 43 Cf. *supra*, p. 6,56–59. 47–48 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 209 (apparatu), 212,12–18).

suo esse formali. Quare, cum ut iam declaratum est, | verum habet suum esse perfectum formale in cogitatione, non in ipsa re ut est extra cogitationem, bonum vero e contra habet suum esse perfectum formale in re, et non in ipsa voluntate, sicut ergo actus intelligendi terminatur ad verum ut habet esse in ipsa cogitatione sive in intellectu, sic actus volendi terminatur ad bonum ut habet esse in ipsa re volita, ut intelligere sit actus intellectus ex habitudine quam habet ad rem, secundum quod est in eo principaliter, velle autem sit actus voluntatis ex habitudine quam habet ad rem, secundum quod ipsa res est in se existens.

Quare, cum bonum | quod est in re ut | in re existens, nullo modo habet movere voluntatem, sicut verum quod est in re, non habet movere intellectum secundum quod habet esse in re, sed solum secundum quod habet esse in intellectu, actus ergo voluntatis qui est velle, etsi terminatur ad bonum ut est in re existens, nullo tamen modo ad huiusmodi actum eliciendum habet voluntas moveri a bono, nisi metaphorice, aut pati ab ipso. Quare, cum non possit aliquid dici virtus passiva, nisi quia ab aliquo patiatur quod agat in ipsam eliciendo actum suum, | quemadmodum intellectus dicitur virtus passiva, quia non agit eliciendo actum intelligendi, nisi moveatur a re obiecta quae sit in ipso ut forma eius secundum esse spirituale, ut habitum est supra de intellectu Dei, non est autem aliud quod natum est agere in virtutem quamcumque, nisi proprium obiectum, sicut non agit in visum nisi color vel lux, dicendum igitur quod voluntas et in Deo et in aliis sim|pliciter debet dici virtus | activa et non passiva, e contrario intellectus qui, ut habitum est, debet dici simpliciter virtus passiva et non activa.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    61 A 196$^{ra}$    70 W' 164$^{rb}$    70 S' 138$^{vb}$    77 P' 246$^{vb}$    82 K' 300$^{rb}$    82 R' 147$^{ra}$

---

61 ut] *iter.* D'   61 suum esse] *inv.* T'   62 in$^{1}$] et D'   62 cogitatione] cognitione Σ   62 cogitationem] cognitionem Σ (*scr.* W')   63 e contra] e converso Σ (e contrario G'W')   63 suum esse] *inv.* K'   63 et] *om.* A"J'R'   65 cogitatione] cognitione Σ   65 in] *om.* Σ (*corr.* G') (*scr.* A"E'K'P'T')   65 actus] actu D'I'(*corr.*)R'P°S'W'Y' (*scr.* A"E'G'J'K'M'P'T')   67–68 secundum … rem] *om.* (*hom.*) A A" *del.* (va—cat) I'   67 velle] ut ille *sed i. m. corr.* E'   68 se] ipsa *add.* K'   70 quod] *om.* D'   70 in$^{1}$] *om.* P'   70 ut … existens] *om.* P'   70 existens] *om.* K'   71 quod] *om.* R'   71 est] re *add.* K' in re *add.* P'   71 habet] *om.* K'P'   72 re … in$^{2}$] *om.* (*hom.*) K'P'   72 in$^{2}$] *om. sed add. s. l.* E'   76 quia] virtus *add. et del.* S'   76 agat] agit E'   78 intelligendi] eliciendi K'   78 in] re *add. et del.* K'   79 ipso] ipsa A Σ   80 virtutem quamcumque] virtute quacumque Σ (*corr.* I')   83 passiva] e contra *add. et del.* D'   83 e contrario] e contra G'J' e contrarie R' e converso W'   83 intellectus] intellectum A Σ   83 qui] et *add. et del.* D'

---

61 Cf. ID., *ibid.*, p. 214,28–30; 217,99–101; 220,81–83.   75 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* XIII, q. 11 (ed. J. DECORTE, p. 105,41–43); R. MACKEN, *Heinrich v. Gent im Gespräch mit seinen Zeitgenossen über die menschliche Freiheit*, in *Franziskanische Studien*, 59, 1977, 125–187, *imprimis* p. 151; J. DECORTE, *Der Einfluß der Willenspsychologie des Walter v. Brügge OFM auf die Willenspsychologie und Freiheitslehre des Heinrich v. Gent*, in *Franziskanische Studien*, 65, 1983, 221, Adn. 23.   79–80 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord. )*, art. 36, q. 3 (ed. G. A. WILSON, p. 102,28–34).   83 Cf. ID., *ibid.*.

Unde, licet ambo actus consistant in habitudine quae est inter potentiam et eius obiectum, hoc tamen fit contrario modo. Intelligere enim est quasi motus circularis aut reflexus | incipiens a re intellecta in intellectum, et ab intellectu iterato terminatur in rem intellectam; velle vero e contrario est quasi motus circularis aut reflexus incipiens a voluntate in obiectum, et ab obiecto iterato terminatur in voluntatem. Verbi gratia, in actu intelligendi res intelligibilis secundum esse spirituale facit | se in intellectu, et fit intelligibile quasi forma intellectus expressa, etsi non impressa. Et sic intellectus patitur ab intelligibili, et intellectus per esse formale intelligibilis in ipso; immo totum compositum ex intellectu et intelligibili potius elicit ex se actum intelligendi, dicente AUGUSTINO in fine IX$^{i}$ De Trinitate: «*Liquido tenendum est quod omnis res quamcumque recognoscimus, congenerat in nobis su*am *notitiam; ab utroque enim notitia paritur a cognoscente et cognito*», et hoc quemadmodum *ex visibili* et vidente *gignitur visio*, ut dicit libro XI$^{o}$, cap. 2$^{o}$. Actus intelligendi, ex intelligente et intelligibili, | ut dictum est, elicitus, terminatur in ipsum intelligibile ut in cognitum per ipsum, et per hoc intellectus respectu actus intelligendi activus est, non passivus. Quia tamen, ut dictum est, non agit nisi primo patiatur, ideo simpliciter dicitur esse passivus, activus vero secundum quid.

In actu | autem volendi, absque eo quod aliquid agat primo in voluntatem, nisi metaphorice, ipsa voluntas se ipsa ex se ipsa elicit actum volendi, quo se quodam modo facit in volitum et unit se volito. Etenim si actus volendi necessario praesupponit actum intelligendi, quia non movet se voluntas, vel

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    87 Scarp. 716$^{b}$    91 T' 190$^{va}$    99 M' 201$^{ra}$    04 D' 157$^{ra}$

---

85 consistant] consistunt Σ (*corr.* G'I' constituit K'P'T')   86 hoc] verum E'(*corr.*)S'(*om.* )P°(*om.* )Y'   87 incipiens] *om.* D'   88 iterato] increato A(*corr.*) Σ (*corr.* G' *om.* Y' creato J'R') (*scr.* E'I'M')   89 iterato] increato Σ (*corr.* I'J' *om.* G'Y') (*scr.* A"E')   91 quasi] a *add.* D'(*del.*) J'(*i. m.*)W'(*del.*)   92 sic] si T'   94 et] *om.* S'   96 quamcumque recognoscimus] quamcumque re cognoscimus Σ (I'(*corr.*)) quacumque re cognoscimus A"J'K'P'W' quamcumque cognoscimus T' quamcumque re cognovimus G'   96 congenerat] cum generat Σ (*corr.* E'I'M'Y')   97 paritur] patitur Σ (*corr.* M'Y')   97 cognoscente et cognito] cog$^{te}$ et cog$^{te}$ D'I'S'W' cog$^{te}$ et *om.* E'P°R'Y' (*scr.* A"G'J'K'M'P'T')   01 tamen] cum R'S' iam P'   02 esse] est K'P'   04 agat] agit Σ (*scr.* A"J'K'M'P'T'Y')   04 voluntatem] voluntate Σ   05 metaphorice] mediante K'M'   06 volito] volitum *add. et del.* K'   07 praesupponit] supponit S' ipsum *add. et del.* K' *conf.* A"   07 vel] nisi K'P'

---

86–90 Contra istam opinionem Henrici de Gandavo opponit Aegidius Romanus, Sent. I, d. 19, p. 2, q. 1 (ed. Venet. 1521, f. 111vI): «Propter hoc isti idem adinvenerunt aliam viam dicentes, quod in appetendo et intelligendo est ordo contrarius: quia in intelligendo est motus rerum ad animam; unde terminus cognitionis est ipsa anima secundum intellectum. Sed in volendo est motus animae ad res; unde terminus appetitus non est ipsa anima secundum voluntatem, sed ipsa res ad quam anima per voluntatem inclinantur». Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 34, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 212–214 (reportatio prior)).   94–97 AUGUST., *De Trin.*, IX, c. 12, 18 (CC lat. 50, p. 309,29–31; PL 42, 970).   98 ID., *ibid.*, XI, c. 2 (ed. 334,10–335,11; PL 42, 985).   01 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 36, q. 3 (ed. G. A. WILSON, p. 102,35–37).

ut magis proprie loquar, volens, per voluntatem nisi in bonum cognitum, bonum tamen cognitum nullam impressionem | aut motum facit in voluntatem, sed voluntas in obiectum ostensum se ipsam movet se ipsa, ac si visus non perficeretur intus recipiendo, sed extra mittendo praesentato visibili ad rectam oppositionem: tunc enim vis visiva se ipsam se ipsa moveret in obiectum videndum, absque eo quod prius | esset mota ab ipso. Unde bonum, quod est obiectum voluntatis, nullum esse habet in voluntate sicut verum habet esse in intellectu, ut non sit quaestio de | bono, an perfectius habet esse in re an in voluntate, quemadmodum est de vero, ut supra disputatum est; cum autem voluntas per actum volendi se unierit volito, statim impressionem delectationis aut alicuius alterius passionis concipit in se a volito, et in hoc solum passivus est, secundum quod amplius videbitur infra, loquendo de amore.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, «quod primum movens in appetitu est appetibile» dicendum secundum iam dicta, quod intellectus secundum PHILOSOPHUM, et appetitus movent, non quia aliquam impressionem faciant in vi appetitiva aut voluntate, sed quia sine cognitione boni appetibilis appetitus non movet se in appetibile, ut dictum est.

Ad secundum, «quod omnia verba perti|nentia ad | animam passionem significant», dicendum quod hoc non dicitur quia | anima nullum habet actum quin sit passio in ipsa, | sed quia nullum habet actum quin oriatur ex pas|sione, quod contingit in omnibus actibus intellectus, vel quin ipsum concomitetur | aliqua passio, quod contingit in omnibus actibus voluntatis.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   09 I' $195^{ra}$   13 K' $300^{va}$   15 P' $247^{ra}$
27 Scarp. $717^{a}$   27 G' $156^{rb}$   28 E' $66^{ra}$   29 A $196^{rb}$   29 Scarp. $717^{b}$   30 S' $139^{ra}$

---

09 tamen] autem Σ (*corr.* I')   09–10 voluntatem] voluntate Σ (*corr.* I' volente P°Y')   10 sed] si Σ (*corr.* E'I') (*scr.* G'J'K'M'P'T')   10 se … ipsa] se ipsa movet ipsam K'P'   10 se ipsa] *om.* D'   11 extra] intra K'P'   13 prius] *om.* E'   13 Unde] dum D'E'G'(*del.*)R'S'W'   17 per actum] *om. sed add. i. m.* E'   17 unierit] uniat J'(*corr.*)P°Y' uniret W' unierit G'(*del.* et *corr. i. m. in* ?)   17 volito] nolite S'   17–18 impressionem delectationis] *inv.* K'P'   18 in$^{1}$] a *sed corr. s. l.* S'   23 dicendum] quod *add. et del.* K'   24–25 appetitiva] et *add.* D' ut *add.* W'   27 secundum] dicendum *add.* A Σ   28 actum] *om.* K'P'   30 ipsum] ipsius P'

---

16–17 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord. )*, art. 34, q. 4 (ed. R. MACKEN, p. 196,37–39). 19–20 Cf. *infra*, p. 145,61–63.   22–23 Cf. *supra*, p. 104,6–7.   27–28 Cf. *supra*, p. 104,8–9.

## | QUAESTIO 3

### UTRUM VOLUNTAS DEI SIT LIBERA

Circa | tertium arguitur quod voluntas Dei non sit libera.

Primo sic. Voluntas libera se habet ad opposita. Non sic autem voluntas Dei, quia tale non est nisi mutabile, quod Deo non convenit. Ergo etc.

Secundo sic. Gloriosius habetur id quod habetur naturae necessitate quam contrario modo, ut supra declaratum est. Habere autem voluntatem necessariam naturae necessitate, alius modus est habendi quam sit habere eam liberam. Quidquid autem habet | Deus, hoc habet modo meliori et magis glorioso, quia semper quod melius et dignius est, Deo attribuendum est, ut habitum est supra. Ergo etc.

In contrarium est, quoniam voluntas et natura sunt duo principia agendi ex opposito distincta, ad quae omnia agentia reducuntur secundum PHILOSOPHUM, IIº *Physicorum* et Vº *Metaphysicae*. Esse necessarium et esse liberum sunt duo modi essendi contrarii. Cum ergo omne principium agendi quod est natura, sit necessarium, omne principium agendi quod est voluntas, erit liberum. Ergo etc.

### <SOLUTIO>

Dicendum ad hoc, quod singula quaecumque, quae sunt in rerum natura, sicut habent determinatos gradus perfectionum in natura et essentia sua, sic habent determinatas operationes sibi debitas, | per quas in fines sibi debitos et

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   1 A Σ : A"D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'
3 Bad. II f. 17$^{vA}$ Scarp. 717$^{a}$   9 W' 164$^{va}$   21 K' 300$^{vb}$

---

2 Utrum … libera] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 100,6   3 tertium] quartum R'   4 habet] *om.* P'   4 opposita] quod posita S'   6 id] illud G'J'R'   8 naturae necessitate] *inv.* E'   8 alius modus est] est alius modus K'P'   8 habere eam] *inv.* E'   10 semper quod] *inv.* Σ (*scr.* K'P°P'R'W'Y')   10 et] Deo *add. et del.* D'   12 quoniam] quod E'   14 Vº] VIIº Σ (*corr.* I')   15 omne] omnis P'   15 agendi] *om.* K'   20 determinatos] determinatas S'W'   20 sua] *iter.* E'

---

4 ARIST., *Metaph.*, IX, c. 2 (Iunt. VIII, f. 227vK; 1046b 5); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 82, a. 1, arg. 2; Ia IIae, q. 8, a. 1; cf. etiam GUALTERUS BRUGENSIS, *Quaest. disp.*, 3, n. 6 (ed. E. LONGPRÉ), p. 24: «… voluntas autem est ad opposita …»; ID., *ibid.*, q. 5, I, n. 4, p. 48; cf. etiam ANON. *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 222: «potentia rationalis valet ad opposita …»). Cf. etiam art. 135 ab episcopo Parisiensi anno 1277 condemnatum (ed. P. MANDONNET, *Chart. Univ. Paris.*, I, n. 473, p. 551): «Quod voluntas secundum se est indeterminata ad opposita sicut materia; determinatur autem …».   7 Cf. *supra*, p. 9,12–13.   10 Cf. *supra*, p. 41,144–148; cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 32, q. 1 (ed. R. MACKEN, p. 31, 73–75).   12–14 ARIST., *Phys.*, II, c. 1 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 42,3–4; Iunt. IV, f. 47vM; 192b 8); AVERROES, *Phys.*, II, comm. 1 (Iunt. IV, f. 48rC); ARIST., *Metaph.*, V, c. 1 (Transl. arabo-lat., ed. R. PONZALLI, p. 62,22–23; Iunt. VIII, f. 100vH; 1013a 20–23); cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* XIII, q. 11 (ed. J. DECORTE, p. 112,25–27).

proprios ordinantur, et per proprios fines ad finem communem omnium. Aliter | enim | omnia contingerent casu, vel de necessitate ex connexione causarum praecedentium, quod reprobat PHILOSOPHUS II$^{o}$ Physicorum. Cum hoc enim quod res singulae propriis actionibus tendunt in proprios fines per proprias formas, habent unum primum motorem communem omnium, | qui «*immobilis manens dat cuncta moveri*», a quo formas suas participatas habent, et in cuius motu ad unum finem communem omnium moventur, qui est finis intentus ab illo omnium motore. Quod enim inclinatur vel dirigitur in aliquid per principium sibi inditum ab alio, et non per principium proprium sibi inditum dirigit ad aliquid determinatum, non tamen in ipsum di|rigit | nisi ut est intentum ab illo qui illud principium indidit, quemadmodum sagitta virtute sibi indita, etiam violenter, a sagittario, non dirigitur nisi in signum intentum a sagittario, si arti|ficialiter dirigatur; multo fortius ergo nec in aliquid dirigit virtus impressa naturaliter, nisi in id quod est intentum ab imprimente, quia per naturalem impressionem virtutis magis sibi determinat rem, quam per violentiam.

Haec autem quae sic propriis inclinationibus tendunt in proprios fines, et mediantibus illis ad finem omnium communem, licet cum hoc moveantur a primo motore omnium, motus eorum differt a motu illorum quae moventur ab aliquo extra absque inclinatione propria, ut sunt illa quae moventur violenter, quemadmodum grave movetur sursum vel circulariter. Quae sic enim moventur ad aliquem finem solum violenter, impelluntur a dirigente absque eo, quod a quocumque motore extra consequantur formam aliquam natu|ralem, per quam illo motu moventur et in illum finem inclinentur. Quae autem talem formam consequuntur, et per eam motibus suis ad suos fines proprios tendunt, et per hoc ad finem omnium communem, non dicuntur moveri violenter.

Tali autem modo moventur omnia quaecumque sunt in rerum natura, sed | diversimode secundum diversas formas diversarum perfectionum quas in natura et essentia sua receperunt a primo motore, ita quod illa quae consequuntur for-

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   23 R' 147$^{rb}$   23 Scarp. 717$^{b}$   26 M' 201$^{rb}$   31 P' 247$^{rb}$   31 I' 195$^{rb}$   34 T' 190$^{vb}$   44 Scarp. 718$^{a}$   48 D' 157$^{rb}$

---

24 hoc] *om.* Σ (*corr.* I')   27 quo] quibus A Σ   27 et] *om. sed add. i. m.* E'   29 ab] in E'   30 non] si Σ (*corr.* I') (*scr.* W')   30 proprium] *om.* K'P'S'W'   33–34 sagittario … a] *om.* (*hom.*) E'   34 dirigit] dirigitur Σ (*corr.* I')   35 id] illud D'G'K'P'R'S'W' (*scr.* A"E'I'J'M'P°T'Y')   39 hoc] *om.* S'   40 eorum] quorum S' *om.* (*sed add. s. l.*) J'   40–41 ab … moventur] *om.* (*hom.*) T'   43 violenter] violentia Σ (*corr.* I')   45 inclinentur] inclinantur K'P'   47 finem] proprium *add. et del.* K'   47 omnium communem] *inv.* G'K'P'   47 omnium] quantum D'(quantum ad *del.* ad)E'(*corr.*)I'(quantum a *corr. in* omnium)R'S'(quantum ad finem *del.* ad finem) (*scr.* A"G'J'K'M'P'P°T'Y')   49 diversimode] diversitate D'E'(*corr.*)R'W'

---

24 ARIST., *Phys.*, II, c. 1 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 43,7–11; Iunt. IV, f. 48vM–49rB; 192b 23–27); AVERROES, *Phys.*, II, comm. 3 (Iunt. IV, f. 49rA–vK).   26–27 Cf. *supra*, p. 100,8–9.

mam perfectiorem in gradu digniori modo, moventur, in suos fines scilicet, magis ex | se et minus cum inclinatione alterius, et e contra | illa quae consequuntur formas inferioris gradus.

Unde illa quae sunt in inferiori gradu perfectionis et magis distant a perfectione primi motoris, ut sunt illa quae non habent aliquod genus cognitionis, etsi in eis sit principium inclinans | illa in suum motum et dirigens in proprium finem, non tamen est proprie movens. Propter quod vult PHILOSOPHUS, VIII$^{o}$ Physicorum, *de gravibus et levibus*, quod non moventur ex se nisi per accidens, quando scilicet sunt extra loca propria in quibus naturaliter quiescunt, et ideo quod talia moventur motibus sibi propriis. Principium motus eorum pure naturaliter movet, et vocatur appetitus pure naturalis. Illa vero quae aliquod genus cognitionis habent, ex se moventur per se, et secundum PHILOSOPHUM sunt divisibilia in duo, quorum unum est per se movens, aliud vero per se motum, ut in eis sit ponere non solum principium inclinans, sed aliquid per se movens. |

Sed in istis adhuc est differentia secundum gradus perfectionis formarum, quoniam in quibusdam determinatur motus ab appetibili apprehenso, | a quo non potest motivum se divertere postquam appetibile fuerit apprehensum. Et sic moventur bruta animalia in prosequendo delectabile et fugiendo triste, ut, licet motivum in eis ex se sit indeterminatum ad hoc ut moveat et non moveat, in quo differt | a motivo in non sensibilibus, postquam tamen fuerit determinatum ab obiecto, non est in potestate eius ut non moveatur et sequatur delectabile, aut ut non fugiat, quantum est in se tristabile.

Et tale principium, etsi non pure naturaliter movet, movet tamen pure serviliter, et appellatur appetitus animalis seu sensitivus, cui motum et finem

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 52 G' 156$^{va}$ 52 K' 301$^{ra}$ 56 S' 139$^{rb}$ 65 A 196$^{va}$ 67 J' 107$^{va}$ 71 P' 247$^{va}$

---

52 cum inclinatione] *conf.* Σ (*corr.* I' cum inclusione G' conclusione T' collatione K'P') (*scr.* M'R'W') 52 alterius] alicuius *add.* D' 52 contra] contrario R' 52–53 consequuntur] fines *add. et del.* D' 54 et] *om.* R' 55 motoris] moventis K'P' 55 quae] sunt *add. et del.* D' nobis *add.* W' 56 in$^{1}$] (*add. sup. lin.*) D' ad R' 57–58 Physicorum] *om.* D'R' 68 divertere] dimittere D'(*corr.*)I'(*corr.*)J'(*corr.*)R'(*corr.*) 70 eis] ad hoc *add.* K' 70 indeterminatum] determinatum K'P' 70 ut] *om.* T' 73 est in se] in se est K'P' 74 etsi] si *om.* M'S' 75 animalis] *om.* D'

---

57–59 ARIST., *Phys.*, VIII, c. 4 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 295,5–12; Iunt. IV, f. 369rD; 255b 14–21); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, 208; 3, 93); cf. etiam THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 9, a. 6. Argumentum de causa accidentali («metaphorica») in actu volendi disputavit magister saepius: *Quodl.* I, q. 16 (ed. R. MACKEN, p. 105,57–106,62), *Quodl.* IX, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 115–120), *Quodl.* X, q. 9 (ed. R. MACKEN, p. 221–229); *Quodl.* XIII, q. 11 (ed. J. DECORTE, p. 130–133). 62–64 ID., *ibid.*, c. 4 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER-J. BRAMS, p. 291,4–5; Iunt. IV, f. 363vL; 254b 7–8); ARIST., *De an.*, III, c. 10 (in ALBERTI M. *Comm.* III, ed. CL. STROICK, p. 236,87–88); cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* XIII, q. 11 (ed. J. DECORTE, p. 105,29–31); cf. etiam GUALTERUS BRUGENSIS, *Quaest. disp.*, q. 5, n. 8 (ed. E. LONGPRÉ, p. 8): «… III De anima, cap. de movente, habetur quod in nobis sunt duo moventia …».

determinat obiectum sensu apprehensum, sicut in non cognitivis determinat ipsos principium naturaliter indi|tum. Nec possunt ista sibi finem aut motum | determinare, quia finem et motum | sibi ipsi determinans non potest esse nisi cognoscens | finem et circumstantias eius, et similiter eorum quae sunt ad finem et habitudinem illorum ad finem. | Quod rationis sive intellectus est, et tantum illius, et cuiuslibet rationalis et intellectualis naturae. Et propter hoc solum talia liberam habent ordinationem in motus et in fines, alia autem non, sed solum pure naturalem ut non cognitiva, vel servilem ut bruta. Cuius causa et ratio est, quia non cognitiva non habent esse nisi omnino materiale et determinatum per materiam, propter quod forma in ipsis, termina|ta per materiam et omnino concreta ipsi, nullam habet vim cognitivam, quia, ut dictum est supra, nihil est cognoscens vel cognitum, nisi secundum aliquam rationem esse immaterialis, et propter eandem rationem talis forma non inclinatur nisi in unum determinate.

Cognitiva vero sensitiva tamen ideo sunt aliquo modo cognitiva, quia, etsi formas habent in materia, tamen contrarietates materiales habent in se reduc|tas ad rationem mediam et proportionem, per quam quodam modo sunt elongata a conditione pure materialium in quibus non est talis proportio, ut possint recipere formas sensibiles materiales praeter materiam ipsorum sensibilium, ut dicit PHILOSOPHUS, II$^{o}$ De anima; et propter hoc dicit in fine III$^{i}$ De anima, «*quod impossibile* est quod *corpus animalis sit simplex* elementum, quia tactus est primus sensuum, sine quo non est animal, et ipse est medietas *calidi et frigidi et omnium aliorum*». Dicit etiam quod «*propter* idem *ossa, capilli, plantae et huiusmodi non sentiunt, quia terreae sunt*».

Et licet sensitiva, sicut quodam modo cognitiva sunt et recipiunt formas rerum sine eorum materia, tam cognitiva tamen pars in ipsis quam appetitiva, quia concreta est materiae secundum esse et essentiam, nec recipit cognitiva

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   77 E' 66$^{rb}$   78 M' 201$^{va}$   78 I' 195$^{va}$   79 W' 164$^{vb}$   80 Scarp. 718$^{b}$   85 K' 301$^{rb}$   92 R' 147$^{va}$

---

76 determinat] terminat K'P'   79 nisi] eorum *add. et del.* D'   83 ut … vel] *om.* T'   84–85 non$^{2}$ … ipsis] *om.* T'   86 omnino] ideo K'P'   86 quia ut] *conf.* D'R'S'W'   87 supra] eodem art. q. 1 *add.* J'   90 tamen ideo] tamen in Deo D'E'(*sed corr. i. m. in* tantummodo)I'(*corr.*)R'S'T'W' tantummodo G'J' cum eo P°Y' *om.* K'P'   92 rationem] unam Σ (*corr.* I')   94 possint] possit J'S'   96 impossibile] possibile R'   97 sensuum] suum S'   98 etiam] et S'   99 quia] *om.* T'   99 terreae] t're A(*postea corr.*) Σ (*scr.* t'ree J'M'R'T')   02 tam] tamen E'(*corr. i. m.*)W' *om.* J'   02 tamen] tam Σ (causa R' *om.* J' *del.* Y') (*scr.* A"T')   03 quia] quod T'

---

86–87 Cf. *supra*, p. 101,36–37.   94–95 ARIST., *De an.*, II, c. 12, in ALBERTI M. *Comm.* (ed. CL. STROICK, p. 149,65; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 316,1–3; Iunt. Suppl. II, f. 114rA; 424a 17–18).   95–98 ID., *ibid.*, III, c. 13 (ed. CL. STROICK, p. 246,63–69; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 541,1–5; Iunt. Suppl. II, f. 202vE–F; 435a 11–15).   98–00 ID., *ibid.* (ed. CL. STROICK, p. 246,69–70; in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 542.19–21; Iunt. Suppl. II, f. 202vF; 435a 24–b1).

formas rerum absque materiae conditionibus naturalibus ex hoc quod recipiunt eas in organo corporaliter, propter quod tam cognitiva quam appetitiva in actu suo determinatur secundum illam formam corporalem, ut appetitus in brutis necesse habet sequi cognitionem. Ut, sicut ex | parte cognitivae nullum habent iudicium nisi secundum conditionem apprehensi, sic et ex parte appetitus nullum habent desiderium nisi secundum illius conditionem. Propter quod omnia eiusdem speciei eundem habent modum agendi, et quantum ad regimen cognitivae et quantum | ad regimen | appetitivae. Unde, sicut ad regimen cognitivae omnis hirundo eodem modo facit nidum et apes favos mellis, sic omnes habent eosdem motus secundum appetitum, ut quaelibet ovis in fugiendo lupum et quilibet lupus in persequendo ovem. Cuius ratio non est nisi materialitas ex parte obiecti concepti particulariter et uniformiter in imaginativa omnium quae sunt eiusdem speciei.

Cognitiva vero rationalia et intellectualia, quia sunt | formae abstractae omnino per essentiam suam a materia, ideo recipiunt formas omnino abstractas a materia et conditionibus materiae, | et sic pure sub ratione universalis. Propter quod nec cognitiva nec appetitiva | in ipsis determinatur in suo opere ad rationem alicuius particularis. Unde arca existens in mente artificis est absoluta et universalis, et abstracta a materia et omnibus conditionibus particularibus, non se habens, quantum est ex natura essentiae suae, plus ad esse quam ad non esse, nec ad figuram triangularem vel rotundam vel aliquam aliam. Remanet artifici iudicium rationis de faciendo vel non faciendo, et de sic vel aliter faciendo, et similiter libertas appetitus de eligendo facere vel non facere, vel sic facere vel alio modo. Et quoad hoc appetitus rationalis semper sequitur apprehensionem rationis, et dependet libertas appetitus ex modo cognitionis, et | appetitus sequitur omnino cognitionem. Sed hoc verum est de appetitu indeterminato, qui est boni simpliciter, et cognitione indeterminata, quae est boni in universali secundum quod bonum.

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’  07 T’ 191[ra]  11 S’ 139[va]  11 P’ 247[va]  17 Scarp. 719[a]  19 K’ 301[va]  20 D’ 157[va]  28 I’ 195[vb]

---

05 organo] *conf.* S’  05 corporaliter] corporalibus P’  05 tam] causa J’(*conf.*)R’S’  05 quam] et R’ *om.* S’  06 corporalem] *om.* R’  06 in] *om. sed add. i. m.* S’  07 cognitivae] *om.* S’  07 habent] habet Σ (*corr.* I’)  09 habent] habet T’  10–11 cognitivae] cognitione K’(*corr. i. m.*)P’  11 et] *om.* D’  11 appetitivae] appetibile K’ (*sed corr. i. m.*) P’  12 favos] favum R’  13 eosdem] et *add.* S’  14 non] *interl.* T’  15 concepti] concepit K’P’  15 in] *om.* Σ (*corr.* I’) (*scr.* A”J’K’M’P’T’)  15 imaginativa] *conf.* Σ (*corr.* E’I’) (*scr.* A”J’K’M’P’T’Y’)  18 formas] formale P’  19 et[1]] a *add.* Σ  21 in … artificis] *iter.* S’  23 suae] *sup. lin.* S’  23 ad] omne *add. et del.* R’  23 esse[1]] ad *add. et del.* D’  24 aliam] ei *add. i. m.* E’  25 vel] *om. sed add. i. m.* S’  26 vel … facere] *iter.* R’  28 et] *sup. lin.* S’  28 appetitus] sensitivus *add.* P’  28–29 sequitur omnino] *inv.* Σ (*corr.* I’)  30 et] de *add.* K’P’  31 secundum] Boethium *add. et del.* D’  31 quod] *om.* S’  31 bonum] Boethium S’

Sed ulterius, quod | appetitus determinetur et sit huius boni determinati, de hoc aliqui adhuc | dicunt quod sequitur determinationem rationis ita, quod quando sunt circa idem sive de eodem iudicium rationis et appetitus, numquam possunt contrariari, neque in universali neque in particulari, ut iudicium de universali numquam potest contariari appetitui de universali, neque iudicium de hoc particulari, appetitui de eodem. Sed quod contrariantur, hoc est quia non sunt de eodem, quia scilicet iudicium rationis est de aliquo universali, cuius contrarium appetitur in particulari, et circa quod iudicium rationis sibi ipsi contrariatur, iudicando non fugiendum in universali quod fugiendum iudicat in particulari, vel e converso.

Sed verius tenendum est, quod tamen non est hic perscrutandum, quod libertas determinandi appetitum ad hoc particulare vel illud nullo modo est ex parte rationis quia habet iudicium liberum, ut necesse non sit appetitum sequi rationem particularem. Immo ipse appetitus immaterialis et abstractus se ipso habet se determinare sua electione, et hoc liberius quam ratio se habeat determinare suo iudicio. In rationalibus ergo et intellectualibus non | determinatur motus ipsi principio motivo ab appetibili apprehenso et diiudicato per rationem, | sed omnino habet | in sua potestate motum, ut non sit ipsi necessarium inclinare secundum determinationem appetibilis apprehensi secundum quod apprehensum est, sed quod moveat et secundum actum inclinet in finem, hoc facit, non quia ab extra aliquid | ipsum violenter impellat vel ab intra naturaliter inclinet vel serviliter ducat, sed quia libere et eligibiliter aut quasi eligibiliter, et tamquam dominus suae actionis ex se ipso hoc velit. Et tale principium movens appellatur voluntas, quod in se et in suo significato includit appetitum et libertatem, ut voluntas | nihil aliud sit quam appetitus liber, ut appetitus sit quasi genus, libertas vero quasi differentia in significatione et essentia voluntatis.

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 32 M’ $201^{vb}$ 33 A $196^{vb}$ 47 W’ $165^{ra}$ 49 P’ $248^{ra}$ 49 K’ $301^{vb}$ 52 Scarp. $719^{b}$ 56 E’ $66^{va}$

---

32 boni] *om.* D’ 34 sive] vel K’P’ 37 contrariantur] contrariatur Σ (*corr.* I’) 38 est] *om.* Σ (*corr.* I’) (*scr.* G’J’) 39 ipsi] *om.* Σ (*corr.* I’) 40 fugiendum$^1$] faciendum Σ (*corr.* I’) 40 fugiendum$^2$] faciendum Σ (*corr.* I’) 42 tamen] cum A”R’S’W’(*conf.*) 43 vel] ad *add.* Σ 45 et] *om.* S’ 47 determinare] *om.* D’ 48 diiudicato] iudicato Σ (*scr.* M’) 52 non] *om.* D’ 52 violenter] *conf.* E’ 53 inclinet] inclinat D’S’ 53 aut] et R’ 54 et$^2$] vel D’ 54 ex … ipso] *iter. et del.* K’ 54 hoc] *om.* E’ 56 libertatem] ibi *add.* E’(*del.*) S’ 57 vero] sit D’E’I’(*corr.*)J’R’ scilicet W’ *lac.* S’ 57 significatione] generis T’

---

33 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 9, a. 6, ad arg. 3. De determinatione voluntatis in actu ultimo per rationem firmato orta est magna controversia per «Correctorium fr. Thomae» et per «Correctoria corruptorii». Ad evolutionem doctrinae de voluntate et libero arbitrio cf. F.-X. PUTALLAZ, *Insolente liberté. Controverses et condamnations au XIIIe siècle* (*Vestigia* 15), Fribourg Suisse 1995. 40–41 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 36, q. 4 (ed. G. A. WILSON, p. 111,23–24). 42 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* IX, q. 5 (ed. R. MACKEN, p. 99–139): «Utrum voluntas moveat se ipsam».

Sed in talibus quae libere et eligibiliter vel quasi, et ut domini suorum actuum movent et inclinant actus suos in fines, est differentia appetituum secundum differentiam naturarum. Est enim in aliquo eorum appetitus, qui libere et eligibiliter vel quasi, et invariabiliter inclinat motum in finem ultimum, ita quod nullo modo potest declinare a directione in illum. Est et alius in aliquibus eorum quae libere et eligibiliter vel quasi, sed variabiliter inclinat motum in finem ultimum, ita quod aliquo modo potest declinare a directione in ipsum. Et iste adhuc est in duplici genere, quoniam quidam est appetitus in aliquibus eorum qui libere potest inclinare | motum, sed sic variabiliter, ut priusquam inceperit motum | eligibiliter inclinare in ipsum, potest declinare ab eo, sed postquam coeperit inclinare eligibiliter in ipsum vel deviare ab ipso, nequaquam potest de cetero variare motum, alius vero est, qui libere et variabiliter ante inclinationem et post potest inclinare in finem ultimum vel deviare ab eo; isto tertio modo est libertas appetitus in solis hominibus.

<1> Voluntas enim in hominibus, quia libere et eligibiliter appetit, excedit in gradu quodam appetitum brutorum et habet aliquem gradum libertatis, infimum tamen, sicut gradus naturae hominum infimus est inter rationalia sive intellectualia. Cum enim voluntas et | libertas fundatur in essentia rei, natura inferior | libertatem voluntatis naturaliter debet habere in gradu inferiori. Unde propter inferiorem | gradum naturae debilior et infirmior est libertas voluntatis in hominibus inter omnia intellectualia, sed et ideo magis variabilis, ut homo statim cum devenerit ad usum liberi arbitrii, suo primo actu potest inclinare in motum directum in finem ultimum vel in motum deviantem | ab eo, ut libere et eligibiliter inclinet in unum vel in alterum. Postquam etiam homo libere et eligibiliter inclinaverit in unum motum vel in alterum, quantum est ex natura sua, potest variare motum, quousque fuerit confirmatus in bono vel in malo.

Unde penes hoc DAMASCENUS assignans differentiam inter appetitum hominis et brutorum, dicit libro $II^{o}$, cap. 20: «*In irrationalibus fit appetitus*

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 67 S' $139^{vb}$ 68 R' $147^{vb}$ 76 I' $196^{ra}$ 77 T' $191^{rb}$ 78 K' $302^{ra}$ 81 M' $202^{ra}$

---

59 suorum] istorum (*sup. lin. corr.*) E' 61 naturarum] terminorum Σ (*corr.* I') 61 eorum] *om.* E' 62 et] *sup. lin.* R' 63 declinare] inclinare *sup. lin. corr.* E' 63 a directione] ad directionem Σ (*corr.* E'I') (*scr.* G'J'K'M'P'T'Y') 63–64 eorum] appetitus *add.* Σ (*corr.* I' *def.* W') 64 vel … variabiliter] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'M'P'T') 65 ultimum] *om.* S' 67 motum] *om.* S' 67 priusquam] antequam K'P' 67 inceperit] incepit K'P' 69 coeperit] cepit K'P' 69 eligibiliter] eligitur R'S'W' 69 in] sive/sine A''D'(*add.* in)E'(*corr.*)R'S'W' si *del. et add.* in I' (*scr.* G'K'M'P'T') 71 potest] possunt *sed corr. i. m.* D' 71 deviare] *conf.* E' 71 tertio modo] *inv.* K' 71 tertio] *om.* Σ (*add.* I') (*scr.* J'K'P'T') 75 sicut] nunc D' 76 fundatur] fundantur Σ (*scr.* K'P'T') 77 inferior] naturalem *add.* S' 77 voluntatis] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* J'M'K'P') 80 cum] non *corr. i. m.* E' 80 ad] ipsum *add.* S' 82 unum] et *add.* K'P' 82 alterum] libertatis appetitus hominum sicut practicus *add.* P' 82 Postquam] postea *add. et del.* D' 83 inclinaverit in unum] inclinet in unum *iter. et del.* K' 86 irrationalibus] irrationabilibus A(*corr. superscribendo*) Σ (*corr.* K') (*scr.* A''E'I'Y')

*alicuius, et confestim impetus ad | operationem et aguntur; in* omnibus *rationalibus entibus ducit | magis appetitus quam ducitur*». Et cap. 29: «*Irrationalia non sunt libera arbitrio, aguntur enim a natura* magis *quam agant,* et *ideo non contradicunt naturali appetitui, sed simul appetunt et impetum faciunt ad actum. Homo autem rationalis ens, magis agit naturam quam agatur, ideoque appetens, si quid velit, habet refrenare appetitum vel sequi eum*». Et sic voluntas libera dicitur, quia sui ipsius gratia movet, non quia ab alio impellatur vel inclinetur vel determinetur; et hoc in genere causae moventis, quemadmodum secundum PHILOSOPHUM «*liber homo* dicitur, quia est *sui ipsius gratia, et non* ad *alterius* servitium ordinatur»; et hoc in genere causae finalis.

<2> Secundo vero dictorum trium modorum est | libertas appetitus in solis angelis. Voluntas enim angelorum eligibiliter et libere appetendo excedit in gradu appetitum hominum, et habet aliquem gradum libertatis super gradum libertatis appetitus hominum, sicut gradus naturae angelorum est super gradum naturae hominum. Unde propter superiorem gradum naturae angelorum fortior et firmior est electio et libertas in angelis quam in hominibus, et ideo minus variabilis. Ut, licet angelus ante omnem actum quem eligibiliter et liberaliter elicit, potest suo actu primo inclinare vel in motum directum in finem ultimum, vel in motum deviantem ab eo, tamen, postquam angelus libere et eligibiliter inclinaverit vel in unum motum vel in alterum, quantum est ex natura sua non potest variare motum, quin quantum est ex ipsa natura angelica, | ex ordinatione | divinae iustitiae vel proprio delicto exigente, obstinetur in malo, si inclinet motum a fine ultimo, vel per gratiam confirmetur in bonum, si adiutus | gratia inclinet motum in ultimum finem.

Et quia fortior et firmior est ista libertas et electio in angelis in hoc quod fortius adhaeret ei quod primo agit, ut de cetero non possit variare, quam sit

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   87 Scarp. 720[a]   88 D' 158[rb]   97 A 197[ra]   07 K' 302[rb]   08 G' 157[rb]   09 W' 165[rb]

---

88 entibus] entis Σ (*corr.* I'T'Y' *om.* A"K'P') (*scr.* J')   88 Et] etiam R'   91 agit] *om.* D'   91 naturam] natura K'P'   93 quia] quod T'   95 quia] qui Σ (*scr.* A"G'I'J'M')   96 ad] *om.* S'   97 dictorum trium] *inv.* T'   99 appetitum hominum] *inv.* D'   99 gradum[2]] *om.* K'   00 gradum] angelorum *add.* P'   02 firmior] infirmior *sed del.* in D'   02 est] *om.* D' *iter.* R'   02 libertas] liberalitas Σ (*corr.* E'I'Y') (*scr.* G'J'K'M'P'T')'   03 quem] quod K'P'   04 potest] primo K'P'   04 vel] *om.* E'   07 quin] qui *sed corr. i. m.* E'   07 natura] *om. sup. lin. corr.* E'   08 obstinetur] obtinetur K'P'   11 firmior] infirmior A"D'J'(*corr.*)R'S'W'   11 ista] est *add. et del.* D'   11 electio] delectio(?)/delectatio Σ (*corr.* G'(*corr. in* dilectivo)I'Y') (*scr.* J'K'M'P'T')   11 in] et K'P'   12 fortius] fortior *corr. i. m.* E'   12 possit] potest K'P'

---

85–88 IOANNES DAMASC., *De fide orth.*, c. 36, n. 12 (II, 22) (ed. E. BUYTAERT, p. 137,101–138,107; PG 94, 946B–C).   88–92 ID., *ibid.*, c. 41, n. 1 (II, 27) (ed. E. BUYTAERT, p. 153,19–24; PG 94, 962A).   95–96 ARIST., *Metaph.*, I, c. 2 (Transl. arabo-lat., Iunt. VIII, f. 2vK; in THOMAE DE AQ. *Comm.* I, lectio 3, n. 29, ed. Torino-Roma, p. 17a; 982b 26); cf. GUALTERUS BRUGENSIS, *Quaest. disp.*, q. 5 (ed. E. LONGPRÉ, p. 49): «*I Metaphysicae*: Liberum est quod est causa sui».   97–98 Cf. PETRUS DE FALCO, *Quaest. ord.*, q. 21 (ed. A.-J. GONDRAS, p. 722–755).

in hominibus, in quibus debilius adhaeret ei quod primo agit, ut post actum primum possit variare,sicut dictum est, ideo etiam quoad hoc in angelis fortior et firmior est libertas appetitus quam in hominibus. Est enim libertatis infirmitas, quod non adhaeret ei cui libere semel statuit | adhaerendum. Quod autem | in viribus et principiis activis fortius est et firmius, hoc est melius, et secundum AUGUSTINUM, | «*in* eis *quae non sunt mole magna, id quod est melius, est maius*». Ideo simpliciter et absolute maior est libertas voluntatis in angelis quam in hominibus, ut quod voluntas in hominibus post primam electionem et actum elicitum possit variare, et sic sit ad utrumlibet et valet ad opposita, hoc contingit ei non ex voluntatis libertate, sed ex quo|dam naturali defectu ab illa perfectiori libertate quae est in angelis.

<3> Tertio autem dictorum modorum trium est libertas appetitus sive voluntatis in solo Deo. Voluntas | enim divina in libere et eligibiliter appetendo seu volendo excedit super omnem gradum appetitum et voluntatem angelorum et habet libertatem super gradum libertatis appetitus seu voluntatis angelorum, sicut divina natura ultra omnem gradum excedit gradum naturae angelorum. Ut | propterea in infinitum fortior et firmior sit libertas voluntatis in Deo quam in angelis, et ideo omnino invariabilis, ut nullo modo potest inclinare in motum alium quam directum in se ipsum, ut est omnium finis ultimus. Et hoc convenit ei ex firmitate et fortitudine libertatis. Propter quod et libertas voluntatis suae summa est, a qua deficit libertas angelorum | in quantum aliquo modo variari potest in actione sua et electione, ut patet ex iam dictis. Unde, quia a variabilitate qua voluntas angeli vel hominis potest declinare motum a fine ultimo, procedit potentia peccandi, ideo ANSELMUS optime dicit in principio libri De libero arbitrio: «*nec libertas nec pars libertatis est* | *peccandi potestas*».

Ad quaestionem ergo dicendum simpliciter et absolute, quod divina voluntas libera est simpliciter et absolute in actu suo volendi, non distinguendo

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  16 P' 248[va]  16 S' 140[ra]  18 I' 196[rb]  22 Scarp. 720[b]  25 E' 66[vb]  29 M' 202[rb]  33 R' 184[ra]  37 K' 302[va]

---

16 semel statuit] *inv.* E'  17 hoc est melius] *om.* K'  18 Augustinum] et *add.* Σ (*del.* E'I'J') (*scr.* G'K'P')  18 non] *om.* A Σ (*corr.* E'I'J'M'Y')  23 quae] quod A"D'I'(*corr.*)R'S'W'Y'  24 modorum trium] *inv.* Σ (trium *add. sup. lin.* K')  24–25 voluntatis] voluntas Σ  26 seu] sive K'P'  27 et … angelorum] *om.* (*hom.*) T'  27 super] secundum E'  27 seu voluntatis] *om.* K'P'  29 in] *om.* E'S'(*sed add. sup. lin.*)  29 voluntatis] *om.* Σ (*corr.* I')  29 in] *add. s. l.* S'  30 omnino] *om.* K'P'  32 et] *om.* E'  33 in quantum] in qua Σ (*corr.* I' qua(?) J')  35 a] *om.* T'  35 vel] aut Σ  39–40 simpliciter … absolute] *om.* (*hom.*) S'  39 simpliciter] *om.* P'  40 actu suo] *inv.* J'K'P'

---

14 Cf. *supra*, p. 116,165–172.  17–19 AUGUST., *De Trin.*, VI, c. 8 (CC lat. 50, p. 238,8–9; PL 42, 929); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 42, a. 1.  20–21 Adnotatio marg. in E': «quod voluntas humana agit ad opposita»; cf. *supra*, p. 110,4.  34 Cf. *supra*, p. 117,203–205.  36–38 ANSELMUS, *De libertate arbitrii*, c. 1 (ed. F. SCHMITT, I, p. 208,11; PL 158, 490B).

quod libertatem habet in volendo alia a se, quia nulla necessitate vult aliquod illorum, non autem in volendo se, quia habet necessitatem volendi se ipsum, secundum quod haec infra debent declarari, immo quia non vult alia a se nisi volendo se ipsum, sicut neque scit alia a se nisi sciendo se ipsum, ut declarari debet inferius. Et sicut non aliter scit se et alia, | sic non aliter vult se et alia, sed aeque libere, quia per voluntatis complacentiam, non per naturae impetum, nec per obiecti aliquam determinationem, et hoc quanto divina cognitio et eius appetitus propter obiecti simplicitatem et abstractionem a materia, quod est singularis deitas, quae a Deo cognoscitur et appetitur sub ratione singularis, excedit cognitionem et appetitum creaturae propter obiecti materialitatem, quod est universale abstractum a singularibus, — ex hoc enim est quasi materiale — et similiter virtutes cognitivae et appetitivae per se et primo vel sub ratione universalis sunt quasi materiales respectu virtutis divinae cognitivae et appetitivae, quae per se et primo non cognoscit nec appetit nisi singulare abstractum omnino sub ratione singularis, cuiusmodi est ipsa deitas. |

## <AD ARGUMENTA>

Ad illud ergo quod arguitur primo in oppositum, | quod «libera voluntas se habet ad opposita et ita mutabilis est» etc., dicendum quod sunt quaedam opposita in genere moris | et quaedam in genere naturae. In genere moris secundum PHILOSOPHUM «*bonum et malum non sunt in genere, sed sunt genera aliorum*», quia scilicet sub ipsis omnia | opposita in genere moris continentur et sunt solummodo virtutis et peccati opera. In genere naturae sunt decem genera praedicamentorum, sub quibus omnia opposita et diversa et contraria, in rerum natura existentia continentur.

Loquendo de oppositis primo modo patet per iam dicta, quod de ratione libertatis non est se habere ad opposita, quia «posse peccare, ut dictum est,

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    45 T' 191[va]    55 P' 248[vb]    57 D' 158[ra]    59 Scarp. 721[a]    61 A 197[rb]

---

41 vult] hic *add.* I'(*del.*)R'    44 ut] sicut K'P'    49 cognoscitur] cogitatur P'    52 primo] personae E'    53 virtutis divinae] *inv.* Σ    55 est] ipsam *add. et del.* D'    58 et ita] *iter.* S'    58 est] *om. et add. s. l.* P'    59–60 in … genere] *om.* (*hom.*) S'    60 malum] et *add.* D'    60 sunt[2]] in *add. et del.* D'    62 peccati] perfecti K'P'    63 et[2]] *om.* Σ (*add.* I') (*scr.* J'K'M'P'T')

---

43 Cf. *infra*, p. 126,130–131, cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, a. 47, q. 5 (ed. 1520, II, f. 27vV–X).    44–45 Cf. ID., *ibid.*, a. 48, q. 2 (ed. 1520, II, f. 30vM).    57–58 Cf. *supra*, p. 110,4.    60–61 ARIST., *Categ.*, c. 11 (Transl. Boethii, ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 37,9–10; 14a 23–25).    66 Cf. *supra*, p. 118,236–238.

nec | est libertas nec pars libertatis», et voluntas quae sic se habet ad opposita, mutabilis est; cuiusmodi non est voluntas Dei, sed angeli aut hominis tantum, ut patet ex praedictis.

Loquendo vero de oppositis secundo modo, voluntas valet ad opposita dupliciter: vel sub ratione incomplexi vel sub ratione complexi:

Primo modo de libertate vo|luntatis est se habere ad opposita, quia de ratione libertatis est posse velle omne volibile. Quidquid autem est res et natura aliqua praedicamenti, in eo quod bonum quoddam est, volibile est. Et hoc modo Deus immutabiliter volendo se vult omnem creaturam, quia omnia in natura et essentia sua placent voluntati divinae, quia «*vidit | Deus cuncta quae fecerat, et erant valde bona*», Genesis I°.

Secundo modo subdistinguendum, quia quaedam sunt complexiones super quae non cadit nisi voluntas vitiosa, ut super hoc quod est hominem peccare; | aliae sunt complexiones super quae cadit voluntas absque omni vitio, ut super hoc quod est Sortem currere vel non currere. Complexiones | primo modo velle non pertinet ad libertatem, quia sunt in vitio, | sed complexiones secundo modo, quia de se sunt indifferentia et ordinabilia et non ordinabilia ad bonum ultimum secundum diversos status rerum, hoc modo se habere ad opposita pertinet ad libertatem arbitrii, et hoc modo Deus potest velle hoc vel illud, vel ambo vel neutrum, et hoc sine omni mutabilitate in suo actu volendi, sed solum circa volita quae sunt exteriora, connotata circa actum volendi Dei, secundum quod hoc inferius debet declarari. Et cum hoc quod sic voluntas valet ad opposita, de hoc nihil ad voluntatis libertatem, sed ad libertatem arbitrii in voluntate; haec enim inter se differunt multum, ut patebit in quaestione sequenti.

Ad secundum, «quod illud gloriosius habetur quod habetur necessitate naturae, quam alio modo», dicendum quod li ‹de necessitate naturae› potest determinare actum habendi et dicere modum eius, vel rem habitam et dicere modum rei illius. Primo modo verum est, intelligendo scilicet alietatem ex parte modi habendi, illo quod habetur | existente eiusdem rationis utrobique secundum

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  67 I' 196va  72 K' 302vb  76 W' 165va  79 S' 140rb  81 M' 202va  82 Scarp. 721b  95 P' 249ra

---

67 nec[1]] non K'P'  68 aut] sed *corr. i. m.* E'  68 tantum] *om.* K'P'  70 valet] se habet K'  71 dupliciter] uno modo *add.* K'  71 vel … complexi] *om. sed add. i. m.* E'  74 volibile] nobile Σ (*corr.* E'I' volubile P') (*scr.* G'K'P'Y')  76 Deus] *om.* S'  78 subdistinguendum] distinguendum E'  79 quae] quas K'P'  79 hominem] omnem K'P'  80 omni] omnino D'(*sed del.* …no)E'I'(*corr.*)R'S'W'  83 et non ordinabilia] *om.* (*hom.*) R'  84 pertinet] pertinent K'P'  86 neutrum] neutra K'P'  88 cum] *sup. lin.* T'  89 voluntate] vo[te] A''G'J'M'T' volente E'(*corr.*)I'(*corr.*)P°Y'(*corr.*) (*scr.* K'P')  90 quaestione sequenti] *inv.* E'  91 secundum] dicendum *add.* A Σ (*om.* K'P')  92 quam] quod K'P'  92 dicendum] est *add.* K'  94 rei] eius T'  95 illo] illud Σ (*corr.* I)  95 existente] ex necessitate Σ (*corr.* I')  95 secundum] praedictum *add. et del.* D'

---

69 Cf. *supra*, p. 116,165–172.  76–77 *Gen.*, I, 31.  87–88 Cf. *infra*, p. 127,157–160.  90 Cf. *infra*, p. 125,119–121.  91–92 Cf. *supra*, p. 110,6–7.

modum supra determinatum; secundo modo non est verum. Unde sentiendum est quod Deus, quidquid habet habet necessitate naturae suae ex parte modi habendi, et hoc est summe gloriosum. Et sic de necessitate suae naturae habet voluntatem omnino liberam. Quod est multo gloriosius quam si eam haberet alio modo, et etiam multo gloriosius quam si de necessitate naturae suae haberet voluntatem necessariam necessitate naturae, quod implicaret contradictoria, cum voluntas, unde voluntas, libertatem importat, ut patet ex praedictis.

## | QUAESTIO 4

### UTRUM IN VOLUNTATE DEI SIT LIBERTAS ARBITRII

| | Circa | quartum arguitur, quod voluntas Dei non sit liberi arbitrii.

Primo sic. Actus liberi arbitrii est eligere, quod non convenit | Deo, tum quia electio non est sine consilio, quod non est nisi dubitantis, qualis non est Deus, tum quia «electio secundum Damascenum est duobus propositis, alteri alterum libere praeferre», quod non convenit voluntati divinae, quae semper vult melius. Ergo etc.

Secundo sic. Liberum arbitrium, quod vult, potest non velle. Non sic autem Deus, quia esset mutabilis. Ergo etc.

In contrarium est illud ANSELMI in principio De libero arbitrio: «*Libertatem arbitrii non puto esse potentiam peccandi et non peccandi. Quippe si haec* huiusmodi *esset definitio, nec Deus nec angeli, qui peccare nequeunt, liberum arbitrium haberent, quod nefas est dicere*».

Item, I° <Ad> Corinthios, XII°, super illud, «*Haec omnia operatur | unus atque idem Spiritus, dividens sin|gulis prout vult*», dicit Glossa AMBROSII, De Trinitate, I°: «*pro libero voluntatis arbitrio, non pro necessitatis imperio*». Ergo etc.

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 1 A Σ : A"D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y° 3 K' $303^{ra}$ 3 E' $67^{ra}$ 3 Bad. II f. $19^{rK}$ Scarp. $722^{a}$ 4 R' $148^{rb}$ 16 I' $196^{vb}$ 16 G' $157^{vb}$

97 habet[2]] *om.* Σ (*corr.* E'I') (*scr.* G'J'K'M'P'T'(ex *add. et del.*)) 97 naturae suae] *inv.* P' naturae *om.* K' 98 suae naturae] *inv.* P' 99 si] de necessitate *add. et del.* D' de necessitatae naturae suae *add. et del.* T' 00 naturae] *om.* K' 2 Utrum … arbitrii] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 100,7 3 quartum] III K' 4 est] *om.* P' 9–10 secundo … etc.] *om.* A *del.* (va—cat) I' 13 haec] hoc T' 13 huiusmodi esset] *inv.* R' 14 quod] hoc T' 15 haec] *om.* K'P'

96 Cf. *supra*, p. 14,142–144. 02 Cf. *supra*, p. 115,156. 6–7 IOANNES DAMASC., *De fide orth.*, c. 36, n. 11 (II, 22) (ed. E. BUYTAERT, p. 137,97–98; PG 94, 946B): «electio autem est duobus praeiacentibus eligere, et aptare hoc pro altero». 11–14 ANSELMUS, *De libertate arbitrii*, c. 1 (ed. F. SCHMITT, I, p. 207,11–13). 15–16 I *Cor.*, XII, 11. 16–18 AMBROSIUS, *De fide*, II, c. 6, 47 (CSEL 78,72, 14–15; PL 16, 569C); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 10, a. 10, sed contra.

## <SOLUTIO>

Ad videndum si in voluntate Dei sit libertas arbitrii, cum, ut concessum est, in ipsa est libertas, oportet hic | primum videre quomodo se habeat ratio arbitrii ad rationem libertatis.

Viso igitur in praecedenti quaestione quid dicatur esse libertas in voluntate, hic primo videndum est quid dicatur esse arbitrium. Est igitur sciendum quod arbitrari est, duobus vel pluribus propositis, per indifferentiam respectu alicuius alterum alteri praeferre respectu illius, ut puta, si duo litigent inter se super re aliqua habenda, sumitur arbiter, cui committitur a partibus quod definiat et determinet quid quisque illorum debeat habere in re illa, ut quod unus habeat duas partes, alter vero tertiam, vel unus unam medietatem et alter aliam, vel secundum aliquem aliorum modorum possibilium definiendi inter eos, ut sic unum modum definiendi querelam praeferat aliis. Et potestas ei sic definiendi com|missa vocatur arbitrium.

Sed talis definitio | ab arbitro habet fieri duobus modis, quorum unus potest esse sine altero et committi sine altero. Et secundum hoc duplex est arbitrium et duo sunt modi arbitrandi. Quorum unus consistit in di|iudicando | quid quisque illorum | secundum iustitiam debeat habere, alter vero in praeeligendo, quid uni illorum et quid alteri velit tribuere.

Primum arbitrium pertinet ad rationem, et est | ratio arbitrer, quod per opus rationis terminatur, quando investigatione et discursu facto, per consilium recto iudicio sententiat conclusione practica, quid secundum regulam iustitiae quisque illorum debeat in re dicta habere. Quo facto, adhuc in arbitrio | voluntatis suae est, quid uni et quid alteri assignare velit, quia si omnino purae voluntati suae commissum est arbitrium, non astringitur in suo arbitrio sequi arbitrium rationis, immo potest contrario modo arbitrari, si sit iniustus.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    21 T' $191^{vb}$    32 D' $158^{rb}$    33 A $197^{va}$    35 Scarp. $722^{b}$    35 P' $249^{rb}$    36 M' $202^{vb}$    38 K' $303^{rb}$    42 S' $140^{va}$

---

20–21 arbitrii … libertas] *om.* (*hom.*) D'R'    21 est$^1$] quia *add.* A Σ (*def.* D'R')    21 est$^2$] *om.* T'    21 primum] parum K'    21 habeat] habet K'P'    22 arbitrii] attributi Σ (*corr. i. m.* E') (*scr.* G'J'M'Y')    25 duobus] modis *add.* Σ (*del.* G')    25 alicuius] *iter.* K'    26 super] *om.* E'    26–27 re aliqua] *inv.* Σ    27 quod] *om.* S'    27 definiat] differat R' inferat T'    28 determinet] determinat D'    29 unus] habeat *add.* K'P'    29–30 vel … aliorum] vel aliquid quorum K' vel aliquem quorum P'    30 aliorum] *add. i. m.* J'    31 ei] eis T'    33 ab arbitro] arbitrana T'    33 quorum] quo K'P'    35 diiudicando] iudicando D'G'J'S'(dicando)T'    36 debeat] debet K'    39 discursu] suo *add.* D'    41 facto] facta S'    42 est] *om.* S'    42 uni] *om.* S'    43 astringitur] distinguitur P'    44 rationis] quomodo potest *add.* K'

---

23 Cf. *supra*, p. 115,156; cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* III, q. 17 (ed. 1518, I, f. 78r–79v: «Utrum homo sit liberi arbitrii»). Cf. etiam *Quodl.* X, q. 9 (ed. R. MACKEN, p. 235,15).

Et sicut est | de arbitrio et arbitro electo in partium discordia ad definiendum inter ipsas, sic est de arbitrio et arbitro in qualibet natura rationali et intellectuali naturali ex natura sibi indita, quod scilicet in omni actione | sua arbitrali duplicem habet in se arbitrum, rationem scilicet et voluntatem. Rationis enim est discernere per iudicium, quid cui praeferendum est, quod est arbitrari apud ipsam. Et finito arbitrio rationis adhuc restat voluntati suum arbitrium, quo potest sequi arbitrium rationis, vel ipsi contrariari libera electione.

Ut sic arbitrium simpliciter dictum commune est ad arbitrium rationis et ad arbitrium voluntatis, quae in hoc different, quod arbitrium, hoc est potestas arbitrandi, pertinens ad voluntatem, omnino liberum est, quia nec est determinatum ad unum per aliquod principium naturalis inclinationis, quemadmodum gravia determinata sunt ad descensum, neque per rationem obiecti, quemadmodum determinatur appetitus brutorum, neque etiam per iudicium rationis, quemadmodum voluntas in sua actione in nullo dependet a ratione, nisi quod ei praeponat obiectum, absque hoc quod quidquam patiatur ab obiecto aut alteretur in se ipso, ut sic moveatur ab obiecto aliquam impressionem recipiendo in se ab ipso, priusquam moveat et agat actionem propriam circa obiectum, quemadmodum movetur appe|titus brutorum, cum determinatur per appetibile, priusquam moveat et actionem propriam agat circa obiectum. Non enim obiectum movet voluntatem nisi metaphorice, sicut amatum et desideratum movet amantem et desiderantem, quod est bonitate sua allicere et per hoc metaphorice sibi attrahere amantem. Immo, obiecto voluntati proposito per | simplicem apprehensionem, potest ferri in bonum | apprehensum ante omne iudicium et arbitrium rationis prout vult, et similiter completo iudicio rationis.

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 46 J’ $108^{rb}$ 48 W’ $165^{vb}$ 63 I’ $197^{ra}$ 67 Scarp. $723^{a}$ 68 K’ $303^{va}$

---

46 et] esset *sed corr.* R’ 46 de] libero *add.* D’ 46 arbitrio et arbitro] *conf.* Σ (*scr.* K’M’P’T’) 46 arbitrio] *om.* D’(*sed add. i. m.*)I’ 47 arbitrio et arbitro] *conf.* Σ (*scr.* K’M’P’T’) 47 et$^{2}$] *om.* Σ (*corr.* I’) (*scr.* K’M’T’) 48 naturali] *om.* Σ (*corr.* I’) 48 indita] indito Σ (*corr.* I’G’) (*scr.* T’) 48–49 arbitrali] arbitraliter Σ (arbitrari K’P’ arbitrator J’) (*scr.* I’M’) 49 duplicem] dupliciter *sed corr. exp. in* duplex E’ 49 rationem scilicet] *inv.* K’P’ 52 potest] suum *add. et del.* K’ 52 libera] *om.* K’P’ 53 ut] et K’P’ 53 arbitrium] arbitrandum *sed corr. in* arbitrium D’ 53 simpliciter … arbitrium] *om.* (*hom.*) S’ 54 ad] *om.* S’ 54 quae] quod Σ (*corr.* I’) (*scr.* K’P’T’) 54 in hoc] n$^{i}$l A”E’(*corr.*)G’I’(*corr.*)W’ 55 nec] non K’P’ 56 naturalis] naturale S’ 59 in … dependet] dependet a nullo K’ 59 in] a K’P’ 60 praeponat] proponat E’ 60–61 aut … obiecto] *om.* (*hom.*) S’ 61 impressionem] passionem D’ 62 ab] *om.* Σ (*corr.* I’) 62 propriam] quam *add.* K’ 63–64 movetur … obiectum] *om.* W’ 63 cum determinatur] est determinatus D’E’(*corr. s. l.* qui est determinatus)I’(*corr.*)J’(*conf.*)R’S’W’(*def.*) 64 propriam] *om. sed add. i. m.* D’ 65 metaphorice] me$^{te}$ D’E’I’(mediante *corr. i. m.*)J’R’S’W’ 66 metaphorice] me$^{te}$ D’E’I’J’R’S’W’ 67 attrahere] abstrahere *corr. s. l.* E’

---

56–57 Cf. *supra*, p. 112,58–59. 64–67 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* XIII, q. 11 (ed. J. DECORTE, p. 105,32–40); cf. *supra*, p. 107,74–75; cf. etiam *Quodl.* IV, q. 22 (ed. 1518, I, p. 139rS): «Hoc ergo modo loquendo de voluntate, scilicet inquantum est naturalis aut arbitrio libera …».

Arbitrium vero pertinens ad rationem servile est et nullo modo liberum, quoniam quoad actum simplicis intelligentiae omnino est passiva et determinatur per speciem intelligibilis, ut, ipsa praesente in ipsa secundum actum, non potest per ipsam non intelligere, quemadmodum oculus, praesente visibili in luce et recta oppositione, non impedita, | non potest non videre. Quoad ac|tum vero iudicandi de apprehenso simplici intelligentia servilis est dupliciter: uno modo per voluntatem, quia hoc non facit nisi ad imperium voluntatis, quae potest ipsam ad inquirendum compellere et ab inquirendo, prout vult, retrahere, alio vero modo per medium: invento enim medio proprio et per se, non potest ratio non assentire vel non dissentire, quin oporteat eam iudicare et sententiare vel arbitrari secundum exigentiam medii.

De libero igitur arbitrio quantum pertinet ad voluntatem, dicimus quod nihil aliud est quam libera potestas | voluntatis ad eligendum, hoc est ad aliquid alteri praeferendum, ut nomine arbitrii nihil significetur nisi potestas voluntatis ordinata ad actum eligendi, ut supra rationem potentiae quae significatur nomine voluntatis ut ordinata ad actum volendi simpliciter, addat arbitrium | determinationem actus.

Ut sic, cum voluntas includit in suo significato duo tantum, unum tamquam genus, alterum tamquam differentiam, scilicet appetitum simpliciter et libertatem, — voluntas enim nihil aliud est quam appetitus liber, ut dictum est in praecedenti quaestione, — liberum vero arbitrium includit | haec duo in suo significato, et cum hoc ordinem ad actum eligendi determinatum, et sic tria includit in suo significato, ut liberum arbitrium sit liber appetitus ad eligendum, non tamen proprie tria, sed tantum duo, quae includit in suo significato voluntas. Ut sic «*liberum arbitrium nihil aliud sit quam voluntas*», | ut dicit DAMASCENUS, libro III$^{o}$, cap. 14, praeter hoc quod appetitus, ut cadit in significato voluntatis, dicit respectum ad actum volendi simpliciter, ut vero cadit in significato liberi arbitrii, dicit respectum ad actum volendi determinatum qui | est eligere. Et est liberum arbitrium nomen potentiae quae est ipsa voluntas, sed solummodo addit determinationem respectus ad actum determinatum qui est eligere.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 74 P' 249$^{va}$ 74 R' 148$^{va}$ 82 E' 67$^{rb}$ 85 M' 203$^{ra}$ 90 T' 192$^{ra}$ 94 A 197$^{vb}$ 97 K' 303$^{vb}$

---

70 rationem] ipsum K' 79 quin … sententiare] *om.* (*hom.*) S' 82 eligendum] eliciendum A Σ (*corr.* I') (*scr.* E'G') 83 praeferendum] *def.* E'(*lineae 40 in dextro margine cod.* E', *f. 67*$^{rb}$, *mutilatae sunt*) 84 eligendi] eli$^{di}$ Σ (*scr.* E'I'K'M'P'S'W') 87 cum] *conf.* K'P' 88 differentiam] differentia Σ (*corr.* I') 91 eligendi] eli$^{di}$ A G'P°Y' eliciendi Σ (*scr.* E'D'K'P') 92 eligendum] eli$^{dum}$ A R' eliciendum Σ (*scr.* G'K'P'Y') 94 sit] *om.* K' 95 appetitus] *iter.* S' 96 volendi] determinatum qui est eligere *add. et del.* A 96 vero cadit] cadit enim W' 96 vero] non A J'(*conf.* )T' enim W' *om.* Σ (*add.* non I') (*scr.* K'M'P') 99 determinationem] eius *add.* Σ (*del.* I' huius J') (*scr.* K'M'T') 99 respectus … actum] ad actum respectus K'P'

---

89–90 Cf. *supra*, p. 115,156; cf. *Quodl.* XIII, q. 11 (ed. J. DECORTE, p. 114,71–74). 94–95 IOANNES DAMASC., *De fide orth.*, c. 58, n. 6 (III 14) (ed. E. BUYTAERT, 218,76; PG 94, 1038B).

Quare, cum «eligere secundum PHILOSOPHUM, III$^{o}$ Ethicorum, sit actio voluntatis circa ea quae sunt ad finem, et voluntas indifferenter est circa *finem* et circa ea *quae* sunt *ad finem*», ut scilicet ratio voluntatis distinguatur proprie a ratione liberi arbitrii, distinguendo voluntatem sim|pliciter dictam in illam, quae respicit actum circa finem quae dicitur voluntas absolute, et in illam | quae est circa ea quae sunt ad finem, quae est liberum arbitrium, quod PHILOSOPHUS appellat electionem, quando dicit, III$^{o}$ Ethicorum, quod «*voluntas est finis, electio vero eorum quae* sunt *ad finem*», libertas igitur simpliciter, in nomine voluntatis simpliciter dictae intellecta, | est libertas simpliciter et absoluta respectu cuiuscumque actus voluntatis, libertas vero expressa in libero arbitrio est libertas respectu actus eligendi solum.

Ut sic differunt libertas voluntatis et liberum arbitrium voluntatis, quod liber|tas voluntatis est libertas simpliciter dicta, et est pars voluntatis nomine eius significata, sicut differentia est pars in significato speciei, liberum vero arbitrium includit totam voluntatem quoad rationem appetitus, qui est sicut genus, et libertatis, quae est sicut differentia in voluntate. Et cum hoc addit determinatum respectum ad actum eligendi, per quem contrahitur libertas simpliciter significata nomine voluntatis, quemadmodum | differentia indeterminata in genere subalterno contrahitur per differentian determinatam in specie specialissima. Ut sic liberum arbitrium sit quasi una species voluntatis simpliciter dictae, quae est ad actum volendi ea quae sunt ad finem, distinctum contra aliam quae est ad actum volendi finem, quae continet nomen voluntatis absolute.

Unde has duas quasi species voluntatis expressit PHILOSOPHUS, cum dixit quod «*voluntas est finis, electio* vero *eorum quae* sunt *ad finem*». Quare, cum secundum PHILOSOPHUM, «*cuius est potentia, eius est actus*», et e converso, cuiuscumque ergo voluntas habet esse circa ea quae sunt ad finem, ipsa est liberi arbitrii.

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 03 Scarp. 723$^{b}$ 04 S’ 140$^{vb}$ 08 I’ 197$^{rb}$ 12 P’ 249$^{vb}$ 17 W’ 166$^{ra}$

---

00 quare … eligere] *om. sed add. i. m.* D’ 01 sunt] *om.* Σ (*def.* E’ *add.* I’) (*scr.* J’K’M’T’) 01 indifferenter] *del.* indifferenter *add.* differenter D’ 01 est] *om.* Σ (*add. s. l.* I’) 02 scilicet] *om.* Σ (*def.* E’ *add.* I’) 05 finem] et *add.* S’ 08 dictae … simpliciter] *om.* (*hom.*) S’ 08 simpliciter$^{2}$] dicta *add. et del. D’* 10 est] et S’ 12 libertas simpliciter] *inv.* K’P’ 13 eius significata] *inv.* D’ 15 in voluntate] *om.* D’ 16 quem] quam Σ (*scr.* K’) 20 distinctum] distinctam Σ (*scr.* J’K’P’) 22 quasi species] *inv. sed corr.* D’ 24 est$^{1}$] *om.* K’ 25 cuiuscumque] cuiuslibet E’ 25 voluntas] *om. sed add. i. m.* D’

---

00–02 ARIST., *Eth. Nic.*, III, c. 4 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, 414,14–19; Iunt. III, f. 32vM; 1111b 20–26); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE 36, 44); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 8, a. 2–3. 05–07 ID., *ibid.*, III, c. 4 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 414,20–21; Iunt. III, f. 32vM; 1111b 26–27). 22–23 Cf. ARIST., *Eth. Nic.*, III, c. 4 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 414,20–21; in THOMAE DE AQ. *Sent. libri Eth.*, III, lectio 5, ed. Leonina XLVII. I, p. 131; Iunt. III, f. 32vM; 1111b 26–27). 24 ARIST., *De somno et vigilia*, c. 1; 454a 8; cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 7, 70).

Quare, cum non tantum voluntas creaturae ut hominis et angeli habet esse circa ea quae sunt ad finem, sed etiam voluntas Dei, secundum quod infra determinandum est, loquendo de voluntate Dei in respectu ad creaturas et ad volita extra se, simpliciter igitur dicendum est quod voluntas Dei est liberi arbitrii et hoc non respectu sui ipsius sed respectu aliorum a se. Non respectu sui, quin libere et sponte velit se ipsum | Deus, non necessario necessitate quasi praeveniente, neque natura sua determinante, neque etiam intellectu determinante, sed sola necessitate immutabilitatis concomitante, ut dictum est in praecedenti quaestione et amplius infra dicetur. Sed quia in Deo, neque in eis qui Deum vident aperte per speciem, non cadit electio vera de volendo Deum vel alia ab ipso, et hoc ideo quia in Deo videtur omne bonum et omnis boni bonum, a quo omne aliud bonum | deficit, immo, ipso viso, nihil po|test ei praeferri, sed ipse simplici libertate et amoris naturalis allectione quasi solus amatur immutabilis necessitatis concomitatione, respectu autem creaturae et aliorum a Deo est in voluntate Dei libertas arbitrii, non solum quia libere et sponte velit alia a se, et non necessario, necessitate quasi praeveniente aut subsequente sive concomitante, neque etiam iudicio | rationis determinante, sed quia velit ea, voluntate determinante se ipsam et libere alterum alteri praeferente, eo quod unumquodque eorum accidentaliter ordinatur in finem qui est ipse.

Verumtamen libertas ista arbitrii aliter est in Deo, aliter in creaturis, quoniam liberum arbitrium fundatur in natura et essentia rei. Qua diversa existente tamquam eo quod est quasi prius secundum rationem, necesse est variari ea quae in ipsa fundantur. Et consistit ista diversitas in actione eligendi quam respicit, ut dictum est, liberum arbitrium. Et hoc quoad duo.

Quorum primum est, quod electio in Deo est absque omni discursu consilii praecedentis, sed simplici intelligentia, ut infra dicetur, electio vero | creaturae non est festina, neque simplici intelligentia tantum praecedente, sed cum aliquo

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  32 K' 304$^{ra}$  38 M' 203$^{rb}$  38 Scarp. 724$^{b}$  43 R' 148$^{vb}$  53 P' 250$^{ra}$

---

29 in] *om.* S'  30 se] *om.* S'  30 est] *om.* J'K'S'T' *del.* I'  30 Dei] ita S'  31 sui] *om.* E'  32 se] *om.* S'  32 Deus non] *om.* S'  33 neque[1]] non K'  34 concomitante] communicante K' concomutante W'  37 omne] esse K'P'  37–38 et … bonum] *om.* (*hom.*) D'  39 naturalis] *om.* K'  40 necessitatis] necessitate J'  40 concomitatione] concomitante J'P' cum communicatione K'(*del. et corr. i. m.*)  42 necessario necessitate] *inv.* K'P'  42 quasi] *om.* D'  43 concomitante] communicante Σ (*scr.* I'K'P'Y')  44 ipsam] ipsa A (*corr.*?) Σ (*corr.* G'I')  44 alterum] *iter.* A"E'(*del.*)I'(*del.*)S'  45 eo] ea Σ (*corr.* I'J') (*scr.* G'P'Y')  45 ordinatur] *om. corr. i. m.* E'  47 libertas] libertatis E'(*corr.*)I'(*corr.*)  48 fundatur] furatur E'(*corr.*)S'  49 est] *om.* P'  49 quasi] natura K'P'  52 quorum] *om.* K'P'  54 praecedente] praesente Σ (*corr.* I')

---

29–30 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLIV–XLVI). 34–35 Cf. *supra*, p. 118,239–119,242.  35 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 47, q. 5 (ed. 1520, II, f. 27vV–X).  51 Cf. *supra*, p. 124,81–83.  53 Cf. *infra*, p. 142,312–314.

discursu post simplicem intelligentiam et actum volendi qui in ipsa fundatur, secundum quod exponi debet loquendo de electione hominum et angelorum.

Secundum vero est, quod in electione Dei per liberum arbitrium tantummodo est diversitas et variabilitas | ex parte ipsorum in quae terminatur | actus eligendi, | quae sunt eius connotata, non ex parte ipsius actus quia est ipsa divina essentia; in electione vero creaturae per libe|rum arbitrium est diversitas et variabilitas, et ex parte ipsorum in quae terminatur actus eligendi, et ex parte ipsius actus existentis in eligente, sed in homine | ante electionem et post, in angelo vero ante tantum, ut dictum est in praecedenti quaestione.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, «quod in Deo non est libertas arbitrii, eo quod in ipso non est electio, quia neque consilium», dicendum quod verum est de electione quae procedit ex consilio, quia illa non est festi|na sed deliberativa, quod est imperfectionis; est tamen in ipso electio festina ex simplici intelligentia. |

Ad secundum, «quod Deus non potest non velle quod vult, quia esset mutabilis», dicendum quod verum esset, si illa negatio negaret actum volendi ratione principalis significati, sicut et ratione connotati, quemadmodum negat in creaturis. Nunc autem in Deo negatio non negat actum eligendi, nisi ratione connotati tantum. Quemadmodum enim, cum dicitur, ‹Sortes non est animal irrationale›, vera est propositio, quia totum quod est animal irrationale, negatur de Sorte, non ratione totius neque ratione animalis, sed ratione irrationalis tantum, sic, cum dicitur «Deus vult ‹a› fore et potest non velle ‹a› fore», totum negatur de Deo, non ratione actus qui est velle, sed ratione ipsius ‹a› connotati, quia non ex parte actus, sed ex parte connotati solummodo variabilitas est sine omni variatione | Dei. Unde, quantum est ex parte sua, eodem actu quo vult ‹a› fore, potest velle ‹a› non fore, secundum quod infra habet exponi magis suo loco.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  58 E' 67[va]  58 T' 192[rb]  59 I' 197[va]  60 Scarp. 724[b]  62 A 198[ra]  67 K' 304[rb]  68 S' 141[ra]  79 D' 158[vb]

---

58 ex] *def.* E'(*lineae 39 in sinistro margine cod.* E', *f. 67*[va], *mutilatae sunt*)  58 in] *om.* T'  58 quae] qua P'T'  58 terminatur] determinatur Σ (*def.* E') (*scr.* G'J'P°Y')  61 ipsorum … parte] *om.* (*hom.*) D'  61 ipsorum] *om. sed add. i. m.* E'  61 quae] qua T'  61 terminatur] determinatur Σ (*scr.* A"G'J'M'P°S'Y')  62 homine] hominis *del. et add.* homine S'  63 vero] servo *sed corr.* S'  67–68 sed … festina] *om.* (*hom.*) D'  67 quod] quae R'  68 imperfectionis] tantum *add. et del.* D'  72 negatio … negat] non negat negatio Σ (*def.* E' *corr.* I')  73 est] *om.* Σ (*corr.* I'J'P°)  74 irrationale] rationale Σ (*corr.* D'E'J') (*scr.* K'M'P'P°T'Y')  75 non] de R'  77 de] ne *sed sup. lin. corr.* E'  79 Dei] rei R'  79 parte sua] *inv.* S'  80 habet … magis] magis habet exponi R'

---

56 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLIV–XLVI).  63 Cf. *supra*, p. 117,197–198.  65–66 Cf. *supra*, p. 121,4.  69–70 Cf. *supra*, p. 121,9–10.  80 Cf. *infra*, art. 47, q. 5 (ed. 1520, II, f. 28rZ).

# ARTICULUS XLVI
# DE AMORE DEI

Sequitur | de amore qui rationem habitus videtur habere in Dei voluntate. Et quia hoc non est omnino certum, ideo circa hoc quaeruntur quattuor: primo, si voluntas Dei in se habet rationem habitus alicuius; secundo, si habitus morales etiam omnes sint in Dei voluntate; tertio, si amor sit in Deo; quarto, si amor in Deo habeat | habitus, aut alicuius alterius rationem.

## | QUAESTIO 1

### UTRUM VOLUNTAS DEI IN SE HABET RATIONEM HABITUS ALICUIUS

Circa | primum arguitur quod in voluntate Dei non sit ratio habitus alicuius. Primo sic. Habitus est id quo potentia inclinatur in actum; non sunt enim habitus in potentia | nisi ad actus eliciendum. Voluntas autem Dei a nullo inclinatur in actum: hoc enim est contrarium summae libertati voluntatis quae debet esse primum movens se ipsum et inclinans in actum, ut iam habitum est supra. Ergo etc.

Secundo sic. Habitus in | voluntate non est nisi habitus virtutis, sed secundum PHILOSOPHUM «*virtus est*, quae *habentem perficit et opus eius bon*um reddit». Opus autem voluntatis divinae, quod est velle se ipsum, non est bonum ex aliquo, nisi ex fine omnium, circa quem est et a quo non potest voluntas deviare. Ergo etc.

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 20[v] Scarp. 725   7 W' 166[rb]
1 A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   3 Bad. II f. 20[va] Scarp. 725[a]   5 M' 203[va]   9 P' 250[rb]

---

2 De … Dei] *om.* A Σ (*scr.* D' *def.* E') XLVI[us] articulus: De habitu voluntatis et pariter de amore; cf. *infra*, p. 128,3   3 Sequitur] *deficiunt lineae 16 in sinistro margine codicis* E', *f. 67*[va], *mutilatae*   3 rationem] *om.* P'   4–6 primo … quarto] primum, secundum, tertium, quartum Σ   5 habitus alicuius] *inv.* Σ   2 Utrum … alicuius] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 128,4–5   3 habitus] ratione *add.* S'   4 id] illud Σ (*scr.* A"K'M'P'T')   4 in] ad Σ   5 Voluntas] enim *add. et del.* S'   6–7 hoc … actum] *om.* (*hom.*) T'   6 libertati voluntatis] *inv. sed corr.* D'   7 ipsum] ipsam A(*corr.*) Σ (*def.* D'T') (*scr.* J')   7 et] vel K'P'   7 in] ad K'P'   9 habitus virtutis] *inv.* Σ

---

7 Cf. *supra*, p. 100,4–5.   9–11 ARIST., *Eth. Nic.*, II, c. 5 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 402,13–14; in THOMAE DE AQ. *Sent. libri Eth.*, II, lectio 1, ed. Leonina XLVII. I, p. 93; Iunt. III, f. 24vI; 1106a 15–16); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 12, 37).   11–12 Cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 73): «Finis et bonum idem sunt», cf. ARIST., *Metaph.*, III, c. 2 (Iunt. VIII, f. 32vK; 996a 23–24).

In contrarium est, quoniam illud quod est di|gnitatis simpliciter et melius esse quam non esse, Deo tribuendum est, ut patet ex supra determinatis. Virtus est aliquid dignitatis simpliciter, et melius est esse aliquid virtuosum, quam non esse. Ergo etc.

<SOLUTIO>

Dicendum, secundum ea quae dicta sunt superius circa habitus intellectuales | in Deo, quod per easdem rationes quibus in Deo simpliciter debent poni rationes habituum, eisdem debet poni ratio habitus in voluntate.

Et praeter ibi dicta specialis ratio est ex parte voluntatis divinae, quod in ea debent poni rationes habituum, quoniam cum, secundum BOETHIUM, *De hebdomadibus*, ut supra dictum est, bonum duplex est in rebus creatis: quoddam quod | consistit in esse et essentia rei, quoddam quod consistit in eius bene esse, ita quod illud a quo res creata dicitur bona in esse, dat rei esse simpliciter et esse bonum secundum quid, illud autem a quo dicitur bona in bene esse, dat ei esse secundum quid et esse bonum simpliciter. Illud autem in ratione boni magis habet rationem boni perfecti, | quo res habet esse bona simpliciter, quam quo habet esse bona secundum quid. Cum ergo secundum supra determinata illud quod est maioris perfectionis in creaturis, potius debemus dicere inesse Deo; dicere inesse Deo potius debemus illa secundum quae creatura nata est dici bona simpliciter, quam secundum quae nata est dici bona secundum quid. Quare, cum perfectiones bonitatum quae sunt in essentia creaturarum ponuntur habere rationes perfectionum in divina essentia secundum supra determinata, multo fortius ergo et perfectiones bonitatum quae consistunt in bene esse creaturae debemus po|nere in Dei voluntate. Illae autem sunt ex parte voluntatis in habitibus et virtutibus. Ergo rationes habituum et

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 14 K’ 304[va] 20 Scarp. 725[b] 25 I’ 197[vb] 29 R’ 149[ra] 37 Scarp. 726[a]

---

15 est] *om.* P’ 15 Virtus] autem *add.* K’P’ 16 aliquid] *om.* K’P’ 19 Dicendum] quod *add.* A Σ (*duplicatio*) 22 praeter] ea *add.* K’P’ 22 voluntatis] voluntati T’ 22 divinae] est *add.* S’ 22 quod] quaedam R’ 23 habituum] *om.* D’ 23 cum] *om.* D’ 24 bonum] autem *add.* D’ 25 in … consistit] *om.* (*hom.*) K’ 26 eius] *conf.* T’ 27 illud] istud Σ (*scr.* K’M’P’T’) 27 autem] *om.* S’ 28 in] et D’E’(*corr.*)J’(*corr.*)R’S’(*corr.*)T’W’ etiam A”G’(*corr.*)I’(*corr.*)-K’M’P’P°W’Y’ 28–29 Illud] recte *add.* K’P’ 29 habet] esse (*add. sed del.*) A 32 dicere] est *add. et del.* R’ 32 dicere inesse Deo] *om.* K’P’R’ 33 quae] quod R’ 33–34 simpliciter … bona] *om.* (*hom.*) I’(*corr.*)R’ 37 creaturae] et *add.* S’

---

15 Cf. *supra*, p. 41,144–148; cf. art. 32, q. 2 (ed. R. MACKEN, p. 45,70–76), art. 37, q. 2 (ed. G. A. WILSON, p. 144–150). 19–20 Cf. ID., *ibid.*, art. 37, q. 2: «Utrum in Deo sit ponere rationes omnium habituum intellectualium» (ed. G. A. WILSON, p. 151–169). 24 Cf. *supra*, p. 5,16–18, p. 11,60–62; cf. GISLEBERTI PICTAV. in *Boethii De hebd.* II, 151 (ed. N. M. HÄRING, p. 220,68–72); cf. etiam PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 5, §8 (PL 122, 1149D; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 5, lectio 2, n. 277, ed. Torino-Roma, p. 242): «Et alia omnia existentia per eandem rationem et esse et bene esse habent; et sunt et bene sunt …». 31–32 Cf. *supra*, p. 41,144–148.

virtutum debent poni in Deo tamquam rationes perfectionum in bene esse in voluntate Dei, secundum quod iam amplius declarabitur in proxima quaestione sequente.

### <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, «quod voluntas se ipsa inclinatur in actum», dicendum quod verum est: «non per aliud re quam sit ipsa». Aliquid tamen in ipsa potest habere rationem habitus et rationem inclinantis, quod tamen non habet rationem alicuius necessitatem voluntati imponentis; illud enim esset contra eius libertatem.

Ad secundum, quod «voluntas Dei a nullo bona est nisi a fine», dicendum quod voluntas praeter rationem bonitatis quam habet in quantum natura | et essentia quaedam est, habet bonitatem et a fine et ab habitu. | Sed non sunt | diversae rationes bonitatis, quia non est ratio bonitatis nisi quia inclinat actum in finem et voluntatem | per actum, quando distans est voluntas a fine, et tenens ipsum in suo fine, postquam | fini fu|erit coniuncta. Per id enim res quiescit in fine, per quod | movetur in ipsum. Et sic rationes habituum voluntatis non sunt ut inclinantes in finem, sed ut tenentes finem et sic ut non distantes ab actu, — hoc enim est de ratione imperfectionis in habitibus creaturarum, — sed ut coniuncti actibus, et ut sola ratione differentes ab ipsis.

## | QUAESTIO 2

### UTRUM HABITUS MORALES ETIAM OMNES SINT IN DEI VOLUNTATE

Circa | secundum arguitur, quod morales virtutes non sint ponendae in Deo.

Primo sic. Nihil quod est ridiculum ponere, ponendum est esse in Deo, quia tale absurditatem importat, et nihil est in Deo, nisi per summam veritatem. Ponere autem virtutes morales in Deo, hoc est ridiculum secundum PHILOSOPHUM, X$^{o}$ *Ethicorum*. Ergo etc.

---

A Σ: D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 49 G' 158$^{vb}$ 50 A 198$^{rb}$ 50 T' 192$^{va}$ 52 S' 141$^{rb}$ 53 E' 67$^{vb}$ 53 K' 304$^{vb}$ 54 P' 250$^{va}$ 1 A Σ : A"D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 3 Bad. II f. 20$^{vE}$ Scarp. 726$^{a}$

---

40 voluntate Dei] *inv.* K'P' 41 sequente] sequenti Σ 46 voluntatis imponentis] *inv.* K' 46 voluntati] voluntatis A Σ (*corr.* J') (*scr.* E'G'K'P') 53 id] illud Σ (*scr.* K'T') 55 inclinantes] inclinantis R'W' 55 finem] *om.* K'P' 55 ut non] *inv.* Σ (*corr.* I') 55 distantes] distans E'(*corr.*)I'(*corr.*)P°R'S'(*corr.*)W'Y' (*scr.* A"D'G'J'M'K'P'T') 57 et] *om.* D' 2 Utrum … voluntate] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 128,5–6. 5 est ridiculum] *inv.* Σ (*corr.* I') 6 et] *om.* S'

---

40–41 Cf. *infra*, p. 136,143–145. 43 Cf. *supra*, p. 128,4. 48 Cf. *supra*, p. 128,11–12. 7–8 ARIST., *Eth. Nic.*, X, c. 8 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 580,8–17; Iunt. III, f. 154vI; 1178b 8–18); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 21, a. 1, ad 1.

Secundo sic. «*Virtutes* morales non *sunt* nisi *circa passiones* | sensibiles delectationis | et tristitiae et circa *actiones* temporales exteriores contingentes». | Passiones autem tales non sunt in Deo, nec tales actiones per ipsum secundum se habent tractari, ut patet de se. Ergo etc.

Tertio sic. Morales virtutes non dirigunt | hominem nisi secundum vitam politicam, unde subtractus a vita politica ad contemplativam, morales sive politicas virtutes habere non dicitur. «Vir enim eremita nec bonus est nec malus bonitate politica» secundum COMMENTATOREM super IX$^{um}$ Metaphysicae. Quare, cum Deus summe est contemplativus, ergo etc.

Quarto | sic. Secundum PHILOSOPHUM, VI$^{o}$ Ethicorum: «non est moralis virtus *sine prudentia*», et secundum ipsum ibidem, «*prudentia est consiliativa* de eis *quae sunt ad finem*». In Deo autem | non est consilium, quare in Deo non est prudentia, et per consequens nec aliqua aliarum virtutum moralium.

Contrarium patet, quoniam Deus dicitur iustus, pius et huiusmodi, quae ad virtutes morales pertinent.

## <SOLUTIO>

Dicendum ad hoc cum eis quae dicta sunt de habitibus in Deo in praecedenti quaestione et in quaestionibus de habitibus intellectus divini, quod secundum superius determinata, quaecumque in creaturis secundum rationem sui nomi|nis important quod est perfectionis simpliciter, sine omni ratione imperfectionis in Deo ponenda sunt, et ab ipso removenda quaecumque rationem imperfectionis important in quantum huiusmodi, ita etiam quod, si qua important quod est perfectionis simpliciter secundum aliquid, et secundum aliquid aliud imperfectionis, secundum id quod habet rationem perfectionis simpliciter, in Deo

---

A Σ : D’E’G’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’     9 M’ 203$^{vb}$     10 D’ 159$^{ra}$     11 J’ 108$^{vb}$     13 Scarp. 726$^{b}$     18 W’ 166$^{vb}$     20 I’ 198$^{ra}$     27 Scarp. 727$^{a}$

---

10 delectationis] delectabilis E’(*sed corr. i. m.*) delectationes R’   11 nec] *om. sed add. s. l.* et S’   14 politicam] ad vitam politicam *add. et del.* R’   15 non] vero D’   16 politica] *om.* R’   27 rationem … nominis] sui nominis rationem Σ   30 quod est] *om.* R’   31–32 secundum … simpliciter] *om.* (*hom.*) W’   31 secundum$^{1}$] quid *add.* Σ (*del.* I’Y’) (*scr.* J’K’M’P’T’ *om.* secundum aliquid G’)   31 secundum$^{2}$] quid *add.* D’(*del.*) R’(*del.*)   31 aliquid] *om. sed add. i. m.* D’   31 aliud] *om. sed add. i. m.* E’   32 secundum … simpliciter] *om.* (*hom.*) I’(*add. i. m.*) *iter.* J’(*del.* va—cat)   32 id] illud Σ (*scr.* M’T’)

---

9–11 ARIST., *ibid.*, II, c. 2 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 399,5–10; in THOMAE DE AQ. *Sent. libri Eth.*, II, lectio 1, ed. Leonina XLVII,1, p. 82; Iunt. III, f. 20rA 1104b 9–16); ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 12, 31).   15–16 Cf. ALBERTI M. *In Metaph. Comm.*, V (ed. B. GEYER, p. 279b 81–82): «Et hoc modo rusticus et eremita neque bonus neque malus»; cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 15, 8: «Homo solitarius vel est Deus vel bestia»).   18–19 ARIST., *Eth. Nic.*, VI, c. 13 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 492,27–28; Iunt. III, f. 92rE–F; 1144b 31–32).   19–20 THOMAS DE AQ., *Sent. libri Eth.*, VI, lectio 10 (ed. Leonina XLVI,2, p. 372,157–158).   26–27 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 37, q. 1 (ed. G. A. WILSON, p. 145,34–146,55; cf. *supra*, p. 129,19–21).

ponendum est, non autem secundum id quod habet rationem imperfec|tionis, nisi per similitudinem et quandam metaphoram.

Unde, cum in virtutibus perfectio et imperfectio considerantur ex parte finis sive obiecti et ex parte actionis quam eliciunt, quando ratione amborum vel alterius tantum perfectionem vel imperfectionem important, secundum modum quo perfectionem important, Deo debent attribui et non secundum quod important imperfectionem.

Est igitur sciendum quod generaliter omnes morales virtutes, secundum quod cadunt in usum hominum, ad hominis activam vitam regendam pertinent, et in quantum huiusmodi, circa usum particularium bonorum quae ad necessitatem naturae humanae pertinent propter eius imperfectionem, et in hoc rationem imperfectionis ex obiecto et actu suo important. Secundum hoc igitur nulla virtus moralis omnino in Deo | ponenda est. Unde cum secundum Plotinum, ut scribit MACROBIUS loquens de quattuor virtutibus cardinalibus, inter quas sunt tres morales, et prudentia quae est earum auriga: «*quattuor sunt quaternarum genera virtutum et ex his primae po|liticae vocantur, secundae purgatoriae, tertiae animi iam purgati, quartae exemplares.*»

«*Et sunt politicae,* quibus *boni viri rei publicae consulunt, urbes tuentur, parentes venerantur, liberos amant, proximos diligunt, civium salutem gubernant*», et cetera quae enumerat. Purgatoriae vero sunt, in quantum ab his ad divina animum retrahunt. Purgati vero animi, in quantum animum omnino innixum divinis, ab his expeditum tenent.

Et cum in quolibet istorum trium generum vel positive vel abnegative huiusmodi particularia ut obiecta habent, idcirco dicendum quod morales virtutes, secundum quod sunt politicae vel purgatoriae vel purgati animi, in Deo

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'    33 K' 305$^{ra}$    45 P' 250$^{vb}$    48 R' 149$^{rb}$

---

33 id] illud Σ (*scr.* K'M'P'T')  36 quando] *conf.* S'  37 tantum] tamen (*sed corr. i. m.*) E'  41 ad] ab R'  42 huiusmodi] *om.* R' *del.* D'  43 hoc] hac Σ (*corr.* E'I'P°) (*scr.* G'J'K'P'T'Y')  44–45 igitur] autem R'  45 nulla] *om. sed add. i. m.* E'  46 loquens … cardinalibus] de quattuor virtutibus cardinalibus loquens K'  47 inter quas] rerum quas (*sed del. et scr.*) quarum K'  47 auriga] origo T'  48 quaternarum] quaternorum J'K'M'P'T'  48 secundae] *om. et add. i. m.* S'  49 animi] cū aī *(dittogr.)* Σ (D'(*del.* cum)I'(*corr. ex cum* animi)J'(*del.* cum *add. s. l.* animi)P°(*del.* cum)S'W' *conf.* E'G' *om.* M') (*scr.* A"K'P'R'T'Y')  50 rei publicae] res publicae T'  52 his] quae *add.* D'  53–54 innixum] innexum D'P°S' immixtum J'M'P'T' *conf.* G'R' (*scr.* A"E'I'K'P'W'Y')  57 animi] cum E'(*corr.*)G'(*corr.*)I'(*corr.*)M'R'W'

---

34 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 21, a. 1, ad 1: «… virtutum moralium quaedam sunt circa passiones; … et huiusmodi virtutes Deo attribui non possunt, nisi secundum metaphoram … . Quaedam virtutes morales sunt circa operationes … . Unde nihil prohibet huiusmodi virtutes in Deo ponere …».  45–52 MACROBIUS, *Comm. in somn. Scipionis*, I, c. 8, n. 5–6 (ed. I. WILLIS I, p. 37,25–31); cf. PORPHYRIUS, *Sententiae*, n. 34 (ed. DÜBNER, XXXIX, 26–34); PLOTINUS, *Enneades*, I, lib. 2, c. 7 (ed. F. CREUZER et G. H. MOSER, p. 12,19–24); cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 61, a. 5; Macrobii plotinicam traditionem doctrinae de virtutibus recepit BONAVENTURA, *Collationes in Hexaemeron*, Visio I, coll. 3 et 4 (ed. F. DELORME, p. 90–108; ed. Quaracchi, V, p. 353–364).

cadere non possunt, ut Deus secundum ista tria genera neque fortis, neque temperans, neque iustus, neque prudens poterit dici, nisi metaphorice. Et hoc quia, licet dictae virtutes et actiones circa quas sunt, vel aliquae earum secundum rationem sui generis, non quo dicuntur politicae, purgatoriae vel purgati animi, | sed quo dicuntur | prudentia, iustitia, fortitudo et huiusmodi, ex rebus humanis non dependent, et secundum hoc in Deo cadere possunt, ut iam dicetur. Secundum tamen quod ad res humanas contrahuntur et determinantur, et per hoc ex illis specialem rationem generis sumunt, ut dicantur politicae, purgatoriae vel purgati animi, quemadmodum curvum per hoc quod habet esse in naso, habet rationem simi, nullo modo in Deo habent esse, neque | debent ei attribui.

Sed secundum quod accipiuntur ut non determinatae | ad | particulares actiones aut passiones humanas, sed generaliter ad quaecumque applicanda, hoc modo solummodo vere habent | esse in Deo, et dicuntur universales et exemplares respectu illarum quae cadunt in usum humanum, et quasi fluunt istae ab illis, sicut ab architectonica abstracta fluit usualis ad materiam determinatam applicata. Unde dicit Macrobius: «*Quartae sunt quae in ipsa mente divina consistunt, a quarum exemplo reliquae omnes per ordinem defluunt*», secundum quod magis et minus determinantur passionibus. Unde secundum hoc Macrobius assignans dictorum quattuor generum differentias dicit sic: «*Passiones vocantur, quod homines metuunt, cupiunt dolent gau|dent. Harum primae molliunt, secundae au|ferunt, tertiae obliviscuntur, in quartis nefas est nominari*».

Est ergo iustitia in Deo, quod distribuit *unicuique quod suum est* pro qualitate gradus naturae et meritorum in toto mundo; iustitia vero in homine, quod distribuit circa honores et pecunias et huiusmodi res particulares, quae in usum suum cadunt, unicuique quod suum est, et sic de aliis tribus suo modo. Et sic secundum rationem sui generis omnes morales virtutes in Deo inveniuntur | in quantum exemplares, et a particularibus passionibus et rebus cadentibus in usum hominum abstrahuntur, non in quantum | sunt politicae,

---

A Σ : D'E'G'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'   62 M' 204[ra]   62 S' 141[va]   67 A 198[va]   68 T' 192[vb]   68 K' 305[rb]   70 I' 198[rb]   77 E' 68[ra] (*def.*)   78 D' 159[rb]   85 W' 166[vb]   86 P' 251[ra]

---

58–59 temperans] temperatus Σ   59 metaphorice] *conf.* Σ (*scr.* K'M'T')   60 circa] virtutes *add. et del.* D'   60 sunt] *om.* Σ (*corr.* I')   61 politicae] *om.* S'   61 animi] *om.* S'   63 possunt] *conf.* I'J'M'R'P°S'T'W   66 esse] *om.* S'   66 naso] *conf.* E'(*sed corr. in* naso)P'   67 in … esse] habent esse in Deo Σ   67 ei] *om.* Σ (*corr.* G'I')   68 non] *om.* R'   69 actiones] rationes Σ (*corr.* I)   69 quaecumque] quodcumque D' quemcumque J'   72 abstracta fluit] *inv.* D'   73 dicit Macrobius] *inv.* D'   76 dictorum] dictarum A Σ (*scr.* D'J'M'T')   77 cupiunt] capiunt Σ (*iter.* D' *corr.* I') (*scr.* E'G'Y')   77 dolent gaudent] dolentque gaudentque A(*corr.*) Σ (*corr.* I')   77 harum] has Σ (quarum *corr.* I')   80 quod[1]] quae Σ (*corr.* I')   82 quod] quae D'   85 et[1]] *om.* D'

---

73–74 Id., *ibid.*, I, c. 8, n. 10 (ed. I. Willis, p. 39,2–4).   75–79 Id., *ibid.*, I, c. 8, n. 11–12 (ed. I. Willis, p. 39,12–14).   80 Id., *ibid.*, I, c. 10, n. 3 (ed. I. Willis, p. 42,13–14).

neque purgatoriae, neque purgati animi, neque in quantum exercitium earum est in passionibus et rebus particularibus ad usum hominum pertinentibus. Et sicut est de ipsis secundum rationem sui generis, sic est de ipsis secundum rationes suarum specierum quae in Deo cadunt, in quantum sunt exemplares et abstractae, non autem in quantum sunt exemplatae et particularibus actionibus determinatae. Unde species illae virtutum moralium, quae nominant virtutem sub esse quo determinata est actionibus particularibus circa passiones aut res hominum particulares in quantum huiusmodi, nullo modo poni debent in Deo, nec sunt secundum veritatem in ipso.

Est igitur sciendum quod in virtutibus tribus moralibus quoddam genus est magis proprie in Deo et quoddam minus proprie, et similiter de speciebus unius virtutis una magis proprie est in ipso quam alia. |

Ad cuius intellectum sciendum | quod in qualibet virtute tria considerantur secundum quae dicitur esse in aliquo, scilicet substantia habitus, actus eius et obiectum. Et est in iustitia substantia habitus in quocumque | sit, sive sit exemplaris, sive purgati animi, sive purgatoria, sive politica, aequitas quae|dam in voluntate, qua voluntas per aequalitatem proportionis geometricae aut arithmeticae se habet ad illa circa quae et in quibus habet exerceri. In fortitudine vero substantia habitus est vigor quidam sive robur, quo voluntas firmitatem habet in suis actibus. In temperantia vero est substantia habitus puritas quaedam, qua voluntati complacet non nisi in puris et mundis actibus et circa pura et munda vagari. Actus vero et obiecta aut secundum substantiam aut secundum modum differunt, ut sunt in diversis et ut sunt exemplares, purgati animi, purgatorii et politici.

Si igitur loquamur de dictis virtutibus quoad substantiam habitus, dicimus quod proprie habent esse in Deo et in divina voluntate, et perfectissime, quia | voluntas eius summa aequitas est secundum iustitiam, quia «*iustus Dominus et iustitias dilexit, aequitatem vidit vultus eius*». Est etiam summus vigor sive robur secundum fortitudinem secundum illud, I o b IX^o^: «*Sapiens corde et*

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  98 Scarp. 728[a]  99 J' 109[ra]  01 G' 159[rb]  02 K' 305[va]  13 M' 204[rb]

---

87 purgatoriae] purgativae (purgāe) A Σ (*scr.* K'P'T')  89 generis] et *add.* S'  90 quae] quod Σ (*corr.* I')  93 circa] *om.* I'(*add. i. m.*)P°R'Y'(*add. s. l.*) actionibus *add.* W'  94 hominum particulares] *inv.* Σ  95 veritatem] virtutem I'(*corr i. m.*)J'M' *om.* T'  97 et[1]] *add. s. l.* D'  00 quae] quod Σ (*corr.* I')  01 sit[1]] et *add.* Σ (*corr.* I') (*scr.* G'K'P'P°Y')  04 se] sed M'S'  04 illa] illam Σ (*scr.* G'I'J'K'M'P')  04 circa] *om.* P'(*add. sup. lin.*)  05–06 habitus … substantia] *om.* (*hom.*) T'  05 vigor quidam] *inv.* D'(*corr.*) *add. et del.* quid I'  06 qua] quae S'  07 in] *om.* Σ (*add. s. l.* I') (*scr.* J'K'M'P'T')  09 purgati] *om.* R'  11 loquamur] loquimur A(?) K'P' loquatur S'T' *om.* J'  11 dicimus] dicamus J'  12 quod] quia Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'M'P'T')  12 et] *om.* J'S'  13 iustus Dominus] *inv.* D'(*corr.*)K'P'  14 eius] et *add.* Σ (*del.* I') (*scr.* J'K'M'P'T')  15 IX^o^] IV^o^ J'

---

99–01 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 49, a. 3; q. 54, a. 2; cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 3, 6).  01–02 Cf. *supra*, p. 132,47–49.  13–14 *Ps.* X, 8

*fortis robore*». Est etiam summa puritas secundum illud, I o b IVº: «*Numquid homo Dei comparatione iustificabitur? Aut factore suo purior erit vir?*» Et sic perfectissime et summe sunt in summo, | in quantum sunt exemplares, deinde in primo gra|du subtus, in quantum sunt purgati animi, et in secundo et medio gradu, in quantum sunt purgatoriae, et in tertio et infimo | gradu, in quantum sunt politicae.

Et est hic advertendum quod virtutes in Deo dicuntur exemplares, non quia sunt ideae virtutum aliarum, ut non dicantur esse virtutes in Deo nisi quia habent in Deo exemplares ideas, quemadmodum et aliae res, quemadmodum videtur sentire MACROBIUS, probans virtutes exemplares esse in Deo per hoc, quod virtutes illae quae sunt in creaturis, ideas exemplares habent in Deo sicut et aliae res, cum dicit: «*Quartae in ipsa mente divina consistunt, nam si rerum aliarum, multo ma|gis virtutum ideas esse in mente credendum est illic*». Sed virtutes in Deo dicuntur exemplares, quemadmodum superiora et perfectiora in rerum natura sunt exemplaria eorum quae sunt inferiora et minus perfecta, quia illa quae sunt superiora virtute, continent quidquid est in inferioribus, et amplius, et extendit se actio superiorum ad actiones inferiorum et ad amplius. Quod patet in homine, qui habet a sua forma esse, vivere, sentire et intelligere, et in primo communi|cat | cum inanimatis, in secundo cum arboribus, in tertio cum brutis, et in quarto, quod est | sibi proprium, omnia excedit corporalia. Ut sic homo sit ratio et mensura omnium corporalium et exemplar ad quod sunt alia exemplata, quemadmodum universaliter in rerum natura magis nobilia et superiora in gradu naturae sunt exemplaria inferiorum et minus nobilium.

Ut sic virtutes ponamus in Deo, non tamquam | ideas in divina sapientia, quemadmodum in ea sunt omnes creaturae, quod tamen videtur sentire MA-

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P˚R’S’T’W’Y’    18 I’ 198$^{va}$    19 R’ 149$^{va}$    20 S’ 141$^{vb}$    28 P’ 251$^{rb}$    34 Scarp. 728$^{b}$    34 K’ 305$^{vb}$    35 A 198$^{vb}$    39 T’ 193$^{ra}$

---

15–16 IXº … Iob] *om.* (*hom.*) T’   16 numquid] numquam Σ (*corr.* I’ *def.* J’)   17 Dei] cum *add.* D’   16–17 secundum … iustificabitur] *om. sed. add. i. m.* J’   17–18 sic perfectissime] *inv.* (*sed corr.*) T’   18 et summe sunt] sunt et summe Σ   22 dicuntur] *om.* K’P’   25 videtur] *om.* S’   25 sentire] *om.* K’P’   25 Macrobius] dicere *add.* K’   25 probans] probant Σ (*corr.* I’J’) (*scr.* G’K’M’P’T’Y’)   27–28 consistunt … mente] *om.* (*hom.*) R’   27 si rerum] sursum T’   27 si] *om.* K’P’   28 in mente] *om.* W’   30 perfecta] et *add.* Σ (*del.* I’ *def.* J’) (*scr.* K’M’P’T’)   31 superiora] superiori Σ (*corr.* I’ *def.* J’ inferiora G’) (*scr.* D’K’M’P’R’T’)   32 amplius] his R’   32 ad amplius] *inv.* P’   33 habet] vult S’   33 a] *om.* R’   38 naturae] quae *add.* D’   39 virtutes] virtutis A”P˚R’(*corr.*)S’W’Y’(*corr.*) (*scr.* D’G’I’J’K’M’P’T’)   40 sentire] consentire *sed exp.* con S’

---

15–16 *Iob*, IX, 4.   16–17 *Iob*, IV, 17.   27–28 MACROBIUS, *Comm. in somn. Scipionis*, I, c. 8, n. 10 (ed. I. WILLIS, p. 39,2–6).   29–30 Cf. BONAVENTURA, *Collationes in Hexaemeron*, Visio I, coll. 3, n. 6 (ed. F. DELORME), p. 93: «Dico ergo quod lux illa exemplar est omnium. In illa ergo luce primo occurrunt virtutum exemplaria. Absurdum est enim, secundum Philosophum Plotinum, quod aliarum rerum exemplar sit in illa luce et non exemplar virtutum».   33 Cf. ARIST., *De an.*, II, c. 3 (in ALBERTI M. *Comm.*, II, ed. CL. STROICK, p. 73,85–86; Iunt. Suppl. II, f. 58rB; 414a29–b2, 415a1–10; cf. ANON., *Auct. Arist.*, ed. J. HAMESSE, 6, 50).

CROBIUS, ut dictum est; nec tamquam rationes perfectionales in eius essentia, quod videntur sentire aliqui dicentes quod, sicut divina perfectio continet omnium perfectiones, sic et divina bonitas omnium bonitates, et ideo, cum virtutes quaedam bonitates sunt, oportet divinam bonitatem omnes virtutes in se continere, sed tamquam rationes attributales in eius voluntate. Ista enim multum differunt, ut alias visum est in quadam quaestione de quolibet, et adhuc videbitur infra.

Si igitur considerentur habitus morales secundum substantiam | habituum, | dicimus secundum iam dicta, quod sunt proprie in Deo et perfectissime et uniformiter, et secundum rationes generum et similiter secundum rationes omnium specierum, quae suo nomine non determinant | actus aut obiecta Deo non congruentia, secundum quod iam videbitur. Si vero loquamur de virtutibus moralibus quoad ipsarum actus et obiecta, sic dicimus quod non uniformiter sunt in Deo et in aliis, immo secundum rationem generis una est in Deo magis proprie quam alia, et sub eodem genere virtutis una species magis proprie quam alia.

Ad cuius intellectum sciendum quod iustitia secundum suum actum qui est «*unicuique* dare *quod suum est*», propriissime in Deo est et differt generalitate ab humana iustitia, quia humana iustitia contracta est ad res humanas et ex illis speciem accipit, quemadmodum curvitas a naso in quo est, accipit speciem simitatis. Divina vero iustitia incontracta est et absoluta, et sua actione ad omnia se extendit. Nam sicut humana iustitia regit regna, civitates | et domos secundum ea quae cadunt in usum hominum, sic divina iustitia regit universum mundum secundum omnia quaecumque habentur in creaturis. Unde AUGUSTINUS, exponens illud Psalmi VII[i]: «*Confitebor Domino secundum iustitiam eius*» *dicit:* «*Qui videt merita animarum sic ordinari a Deo, ut dum sua cuique tribuuntur,*

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  48 G' $159^{va}$  49 D' $159^{va}$  51 W' $167^{ra}$  61 M' $204^{va}$

---

43 bonitates] esset *add. et del.* S'  43 cum] *om.* R'  44 quaedam bonitates] *inv.* D'  45 enim] autem R'  52 quod] *om.* P'  52 loquamur] loquimur Σ (*corr.* I') (*scr.* K'M'P'P°T'Y')  54 et in] *om.* D'  54 est in Deo] in Deo est Σ  55 et] *om.* K'P'  56 suum actum] *inv.* J'R'  58 quia … iustitia] *om.* (*hom.*) A"D'(*add. i. m.* qua humana iustitia)I'(*add. i. m.*)P°R'W'Y' (*scr.* G'J'K'M'P'S'T')  58 quia] qua K'M'P'S'T'  60 incontracta] contracta Σ (*corr.* I') (*scr.* G')  64 dicit] *om.* P'  65 qui] quod A I' (*corr. ex* qui) *scr.* Σ  65 ordinari] ordinati Σ (ordinata D' *corr.* I') (*scr.* J'K'P'P°T'Y')  65 cuique] quaecumque R'

---

41 Cf. *supra*, p. 135,124–125.  42 THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 61, a. 5: «Oportet igitur quod exemplar humanae virtutis in Deo praeexistat, sicut et in eo praeexistunt omnium rerum rationes».  46–47 Cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* V, q. 1 (ed. 1518, I, f. 150v–154r): «Utrum pluralitas et distinctio attributorum essentialium accipienda sit penes respectum et comparationem ad aliquod extra ut ad creaturas, an ad comparationem ad aliquod intra». Istam quaestionem allegat magister in *Summa (Quaest. ord.)*, art. 51, q. 1 (ed. 1520, II, f. 52vB): «Quaestionem istam determinavimus anno praeterito in quadam quaestione de quolibet». Si *Quodl.* V anno 1280–81 disputatum est, quaestiones ordinariae 46 et 51 anno 1281 ponendae sunt. Cf. L. HÖDL, *Die philosophische Gotteslehre des Thomas v. Aquin O. P. in der Diskussion der Schulen um die Wende des 13. zum 14. Jh.* in *Rivista de filosofia neo-scolastica*, LXX, 1978, p. 113–148.  52 Cf. *infra*, p. 139,219–220.  56–57 Cf. *infra*, p. 138,211–212.

*pulchritudo universita|tis nulla ex parte violetur, in omnibus laudat Deum, si distinguat inter iustorum praemia et supplicia peccatorum, quem|admodum his duobus | universa creatura quam Deus a se conditam regit, mirifica et paucis cognita pulchri|tudine decoratur*». «*Nihil enim,* ut dicit IIIº De Trinitate, cap. 5º, *fit, quod non de interiori invisibili atque intelligibili aula summi imperatoris aut iubetur | aut permittitur secundum ineffabilem iustitiam praemiorum atque poenarum, gratiarum et retributionum, in ista totius creaturae amplissima quadam immensaque republica*». Nota quod dicit ‹*gratiarum*› propter iustitiam distributivam, ‹*retributionum*› propter iustitiam commutativam.

Est igitur sciendum quod, cum secundum PHILOSOPHUM in Vº Ethicorum duae sunt species iustitiae, quoniam quaedam est commutativa, quaedam vero distributiva, et distributiva duplex, quaedam quae distribuit liberaliter non secundum merita et absque omni modo retributionis et commutationis, quaedam vero distribuit secundum merita, et hoc vel pure secundum merita, vel partim liberaliter, partim secundum merita, iustitia distributiva, quae distribuit liberaliter et nullo modo secundum merita, illa non est iustitia simpliciter, sed vocatur liberalitas. Et talis iustitia secundum actum suum propriissime est in Deo et distribuit omnibus secundum dignitatem et convenientiam.

Unde dicit DIONYSIUS, VIII cap.º De divinis nominibus: «Ut *iustus laudatur Deus sicut omnibus secundum dignitatem distribuens*», iuxta illud Matthaei XXIVº, «*dedit unicuique secundum propriam virtutem*». Et secundum hoc iustitia liberalitatis propriissime est in Deo. Et est solum vere liberalis, quia «vere *liberalis est qui dat alii sic, ut non fiat ei retributio ullo modo*», sicut

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 66 K’ $306^{ra}$ 67 P’ $251^{va}$ 68 I’ $198^{vb}$ 69 Scarp $729^{a}$ 71 S’ $142^{ra}$

66 pulchritudo] *om.* T’ 67 quemadmodum] ex *add.* D’ 68 conditam regit] *inv. sed corr.* D’ 69 dicit] Augustinus *add.* K’P’ 72 atque] et D’ 73 republica] publica K’P’ 73 dicit] propter *add.* S’ 74 commutativam] communicativam D’(*corr.*)K’P’ concommutativam J’ quadam vero distributiva *add.* W’ 75 cum] *om.* Σ (*corr.* I’) 75 in] *om.* Σ 76 commutativa] communicativa K’P’ 77 vero] *om.* D’ 79 distribuit … merita] secundum merita distribuit *sed corr.* D’ 80 merita] illa non *add.* S’ illa non est *add.* D’W’ illa vero est *add.* A”J’(*del.* est) 85 distribuens] secundum dignitatem *iter.* P’ 87 Et] ut S’ 87 vere] *om.* D’ 88 quia … liberalis] *om.* R’W’ 88 alii] aliis *sed corr.* T’ 88 sicut] secundum quod K’P’

63–69 AUGUST., *Enarr. in Ps.*, Ps. 7, 18 (CC lat. 38, p. 48,15–18, 25–28; PL 36, p. 108). 69–73 AUGUST., *De Trin.*, III, c. 4 (CC lat. 50, p. 136,24–29; PL 42, 873). 75–76 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 21, a. 1: «Respondeo dicendum quod duplex est species iustitiae … . Et haec dicitur a Philosopho, in V *Ethic.*, iustitia commutativa … . Alia, … dicitur distributiva iustitia …»; ID., *Sent. libri Eth.*, V, lectio 2 et 4 (ed. Leonina XLVI, 2, p. 275,282. P. 283, adn. 1–13: Terminus ‹iustitia commutativa› apud Aristotelem non invenitur; Albertus Magnus primus forsitan usus sit, saepius autem loquitur de iustitia communicativa; Thomas de Aq. agit de iustitia commutativa); ARIST., *Eth. Nic.*, V, c. 5, 7 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 457,20–23; p. 459,19–22; 1130b 31–33, 1131b 25–28). 84–85 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 8, §7 (PL 122, 1158B–C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 8, lectio 4, n. 344, ed. Torino-Roma, p. 290; *Dionysiaca*, I, p. 433; PG 3, 893D). 85–86 *Matth.*, 25, 15.

dicit AVICENNA, VI$^{o}$ *Metaphysicae*. Distributiva vero iustitia, quae est pure secundum merita, distribuit malis gradus poenarum secundum gradus peccatorum. Illa vero quae est partim secundum merita, partim liberalis, distribuit iustis | praemia secundum merita quae partim sunt a Deo, quia non nisi per gratiam suam liberaliter datam, et partim per usum liberi arbitrii operantis cum gratia. Et habet ista iustitia distributiva aliquid commune cum communicativa, quia hic datur hoc pro hoc, poena pro peccato, praemium pro merito.

Et ideo de isto genere iustitiae ponendae in Deo dicimus quod, in quantum habet de liberalitate, habet esse in Deo | simpliciter sicut et illa quae est pure liberalis; in quantum vero utraque istarum aliquid commune habet cum communicativa, sic habent esse in Deo sicut et illa | quae est communicativa. De qua dicimus quod, | cum ipsa non habet esse proprie nisi in illo qui aliquid dat et pro illo aliquid aliud recipit, Deus autem a creatura nihil recipit de ipsa, in quantum dicimus quod non habet esse proprie in Deo, quia non est in ipsa communicatio dati et recepti proprie, | quia tamen Deus reputat sibi in iniuria peccata nostra et accep|tat quasi beneficia sibi facta bona nostra, per quandam similitudinem et metaphoram potest dici, quod in ipso est iustitia commutativa, cum reddit unicuique secundum merita vel demerita. Et secundum hunc modum | actus | iustitiae Deo conveniunt, ut amministrat et gubernat omnem creaturam.

Propter quod secundum hunc modum definit eam MACROBIUS sic: «Exemplaris *iustitia est, quod perenni lege a sempiterna operis sui continuatione non flectitur*», cum iustitiam politicam | definiat solummodo penes operationem unius hominis ad hominem et rerum ipsorum dicens: «Politica iustitia est *servare unicuique quod suum est*». In Deo ergo dicimus vere esse iustitiam distributivam et quodam modo | commutativam, nec repugnat Deo ratio substantiae

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P$^{\circ}$R'S'T'W'Y' 92 R' $149^{vb}$ 97 J' $109^{rb}$ 99 G' $159^{vb}$ 00 K' $306^{rb}$ 03 A $199^{ra}$ 04 Scarp. $729^{b}$ 06 T' $193^{rb}$ 06 P' $251^{vb}$ 10 M' $204^{vb}$ 13 W' $167^{rb}$

91 partim$^2$] secundum *add.* P' 91 liberalis] liberaliter K' 91 distribuit] ut *add.* K'P' 93 datam] totam T' 93 operantis cum] est K'P' 94 ista] gratia *add. et del.* R' 94 communicativa] sive commutativa *add.* Σ (*del.* I' *om.* G') 95 hoc$^1$] per(?) S' *om.* D' 97 liberalitate] libertate A Σ 98 aliquid commune] *inv. sed corr.* T' 99 quae est] *om.* T' 01 aliud] *om.* Σ (*add. i. m.* I') 01 Deus … recipit] *om.* (*hom.*) Σ (*corr.* I') (*scr.* J'K'M'P'T') 01 in quantum] in quam D'I'(*corr.*)P$^{\circ}$R'T'Y' in qua S' in quod K'P' (*scr. sed corr. in* ideo J') 02 habet] *om.* K'P' 02 quia] *om.* T' 02 est] *om.* T' 02 ipsa] ipso K' 03 sibi] fieri *add.* Σ (*corr.* I') (*scr.* M') 04 beneficia] nostra *add. et del.* D' 04 facta] *iter.* T' 04 quandam] quam Σ (*corr.* I'(?)J') 05 metaphoram] metha$^{cam}$ D'R'S'W' 06 secundum] hoc P' 07 amministrat et gubernat] administrant et gubernant T' 08 eam] *iter.* T' 09 est] quae sit *add. et del.* K'P' 09 quod] quam K'P' 09 a] ei(?) R'W' *om.* J' 10 operationem] operationes T' 11 ipsorum] ipsarum I'(*corr.*)J'(*corr.*)T'

88–89 AVICENNA, *Metaph.*, VI, c. 5 (ed. S. VAN RIET, p. 343,17–18). 94 THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 21, a. 1: «Et haec dicitur a Philosopho in V *Ethic.* iustitita commutativa, vel directiva commutationum sive communicationum». 08–10 MACROBIUS, *Comm. in somn. Scipionis*, I, c. 8, n. 10 (ed. I. WILLIS, p. 39,9–10). 11–12 ID., *ibid.*, I, c. 10, n. 3 (ed. I. WILLIS, p. 42,14).

habitus neque ratio obiecti, nisi in quantum determinatur in iustitia politica ad bonum humanum, neque similiter actus, nisi in quantum etiam actus determinatur ad bonum humanum, et in quantum actus iustitiae commutativae non convenit Deo nisi per quandam | similitudinem, ut dictum est.

Aliae autem duae virtutes morales, etsi quantum ad substantiam habitus in Deo sunt, ut dictum est, proprie, quia tamen obiecta earum sunt passiones, circa quas sunt actus in eo cuius sunt, et passiones in Deo nullo modo habent esse, idcirco quoad actus et obiecta huiusmodi virtutes nullo modo sunt in Deo, quia divinae perfectioni repugnant. Unde, licet puritas similiter ponenda sit in Deo, quae respondet temperantiae, et vigor, | qui respondet fortitudini, et haec secundum rationem sui nominis non determinantur ad passiones, temperantia tamen secundum se et species suas, quae sunt castitas et sobrietas, quia secundum rationem sui nominis determinantur ad passiones, et similiter fortitudo, ideo nullo modo proprie dicuntur esse in Deo, quia suae perfectiones aliquid imperfectionis secundum suum nomen semper includunt adnexum. Sed secundum similitudinem dici possunt in Deo, quando est accipere in Deo similitudinem earum secundum rationem alicuius effectus eius circa creaturas.

Et quia castitati et suis speciebus non est invenire in Deo simile, — non enim est actio eius aliqua, in qua se habet | ad modum sobrii in cibo et potu, vel ad modum casti in actibus venereis, — ideo secundum suum nomen nec etiam transumptive et per similitudinem dicuntur de Deo, quia, si posset similitudo inveniri, possent secundum suum nomen transferri ad Deum, quemadmodum transferuntur in ipsum fortitudo et magnanimitas, mansuetudo, patientia et similiter misericordia, quae est pars iustitiae, removendo ab eis quidquid imperfectionis in eis significatum est circa creaturas, ut passiones tristitiae a divina misericordia et | doloris a divina patientia, et cetera huiusmodi. Quantum ergo ad rationem generis et quoad substantiam habituum, rationes virtutum moralium et perfectiones earum in Deo debent poni ut attributa, sed proprie secundum rationem obiecti et actus, iustitia, transumptive vero solummodo fortitudo, nec proprie autem nec transumptive temperantia.

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 17 D' 159[vb] 23 S' 142[rb] 32 K' 306[va] 39 Scarp. 730[a]

---

14 nisi] quia *add.* D' 16 commutativae] *corr. ex illeg. i. m.* D' 17 dictum] habitum K'P' 18 autem] vero K'P' 18 duae] *om.* K'P' 19 proprie] *om.* R' 19 earum] eorum Σ (*corr.* I') (*scr.* K'P') 24–26 temperantia … passiones] *om.* (*hom.*) T' 26 fortitudo] similitudo T' 27 modo] *om.* D' 27–28 imperfectionis] perfectionis Σ (*corr.* I') (*scr.* G'J'K'M'P'T') 31 invenire in Deo] in Deo invenire Σ 31 simile] similiter Σ (*corr.* I') (*scr.* G'J'K'P'Y') 32 eius] cum *add.* R' eius *iter.* W' 32 aliqua … qua] in qua aliqua D' 33–35 nec … nomen] *om.* (*hom.*) W' 34 quia] quod Σ (*corr.* I'Y') 36 transferuntur] transsumuntur Σ (transmutantur G') 36 et] *om.* Σ (*corr.* I')

---

17 Cf. *supra*, p. 138,204–205. 24–25 Cf. ad partes temperantiae MACROBIUS, *Comm. in somn. Scipionis*, I, c. 8, n. 7 (ed. I. WILLIS, p. 38, 5–16).

## <AD ARGUMENTA>

Per dicta patent in parte obiecta.

Ad primum, quod «ridiculum est ponere in Deo virtutes morales», dicendum quod verum est: proprie et secundum rationes actuum et obiectorum secundum modum particularem quo sunt in creaturis; secundum modum autem universaliorem, aut trans|umptive aut secundum rationem substantiae habituum, hoc non est ridiculum, immo Deo honorificum, ut patet ex dictis.

Per idem patet ad secundum, dicendo quod, licet «virtutes morales in Deo non sunt sub ratione particulari, qua scilicet passiones particulares et actiones respiciuntur», ut quibus determinantur ad speciem, in quantum tamen habent rationem universalitatis et exemplaritatis et abstractionis a particularibus, actionibus et passionibus bene possunt esse in Deo secundum substantias habituum, et quaedam earum secundum actus universales, ut dictum est.

Similiter dicendum ad tertium, quod «abstractus a vita politica morales virtutes habere non potest», dicendum quod verum est sub illa ratione qua politici sunt, potest tamen sub illa ratione, secundum quod alio modo habentur a contemplativis, secundum quod sunt purgatoriae et purgati animi, quam habeantur a politicis; | et adhuc alio modo et supereminentiori habentur a Deo secundum quod sunt exemplares, | quam habeantur ab hominibus activis secundum quod sunt politicae, aut hominibus contemplativis secundum quod sunt purgatoriae | et purgati animi.

Quod patet per descriptiones quattuor virtutum secundum dictos quattuor modos a MACROBIO. Describit enim eas secundum quod sunt politicae, ut insistentes passionibus et particularibus actionibus hominum, dicens: «*Politici prudentia* est *ad rationis normam, quae cogitat et quae agit universa diriger*e. Politici *fortitud*o est, *animum super periculi metum* erigere et *nihil nisi turpia* formidare. Politici | *temperantia* est, *in nullo legem moderationis excedere.* Politici *iustitia* est, *servare unicuique quod suum est*».

Ut vero sunt purgatoriae, describit eas tamquam retractivas ab istis inferioribus particularibus bonis corporalibus, et directivas ad bonum universale et spirituale, dicens: «*Prudentia* est, *mundum istum et omnia quae in mundo*

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’    49 P’ 252$^{ra}$    61 I’ 199$^{rb}$    62 M’ 205$^{ra}$    63 R’ 150$^{ra}$    70 K’ 306$^{vb}$

---

46 primum] in oppositum *add.* A”D’G’S’W’   49 aut$^1$] et K’   49 aut$^2$] *om.* Σ (*corr.* I’Y’)   55 in Deo] *add. i. m.* K’   58 politici] politicae K’P’   59–60 a … habeantur] *om.* (*hom.*) T’   61 Deo] et *add.* P’   65 dictos quattuor] *inv.* R’   66 a Macrobio] *om.* A *del.* I’   68 et] esse A”D’I’(*corr. s. l.* )P°R’S’W’ ad T’ ea G’ *om.* M’ (*scr.* J’K’P’Y’)   69 super] *om.* S’   70 nullo] multo D’(*corr.* ?)R’   72 retractivas] retractans A Σ (retractās) (*corr.* I’J’ retrahentes Y’) (*scr.* K’P’)

---

46 Cf. *supra*, p. 130,6–7.   51–53 Cf. *supra*, p. 131,9–11.   57–58 Cf. *supra*, p. 131,14–15.   66–71 MACROBIUS, *Comm. in somn. Scipionis*, I, c. 8, n. 10 (ed. I. WILLIS, p. 38,1–2, 5–6, 10–11, 14–15).

*sunt, divinorum contemplatione despicere. Fortitudo est,* | *non terreri animam corpore, quodam ductu philosophiae* | *recedente. Temperantia est, omnia relinquere in quantum natura patitur, quae corporis usus requirit. Iustitia est, ad unam propositi viam consentire*».

Ut vero purgati animi, describit eas | tamquam vacantes et absolutas ab omnibus inferioribus, et solum intentas divinis, dicens: «*Purgati animi prudenti*a *est, divina non quasi in electione praeferre, sed tamquam nihil sit aliud, intueri; fortitud*o *est, passiones ignorare, non vincere; temperanti*a est, *terrenas cupiditates non reprimere, sed penitus oblivisci; iustiti*a *est, cum divina mente sociari* perpetuo foedere».

Ut autem sunt exemplares, describit | eas ut praecise bono divino inten|tae sunt et ut ab ipso bona super alios defluunt, dicens: «*Prudentia* exemplaris *est ipsa mens divina*, hoc est mentis divinae regula qua | disponit universa. *Fortitudo* est, *quod semper idem est nec aliquando mutatur. Temperantia*, quod *in se perpetua intentione conversa est. Iustitia* est, *quod perenni lege a sempiterna operis sui continuatione non flectitur*».

Sunt ergo omnes virtutes in con|templativis, sed alia et alia ratione quam in activis, et modo eminentiori quam in politicis, et tanto eminentiori et simpliciori modo, quanto in superioribus et magis spiritualibus contemplativis, et modo eminentissimo in Deo. Et ita, licet «vir eremita non sit bonus | neque malus bonitate vel malitia politica», multo tamen melior est bonitate alia sive bonitate alterius rationis, ut dictum est.

Ad quartum, quod «moralis virtus non est sine prudentia, quae non est in Deo, quia non est in ipso consilium», dicendum secundum praedicta quod, licet virtutes praedictae non | attribuuntur Deo secundum quod imperfectio aliquarum actionum earum vel obiectorum divinae perfectioni repugnat, secundum tamen quod aliae actiones et obiecta illi non repugnant, bene attribuuntur ei.

Unde, licet prudentia quantum ad actum consiliandi Deo non competit, cum *consilium sit* quasi quaedam *quaestio* et discursus investigans dubium,

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 75 A $199^{rb}$ 76 Scarp. $730^{b}$ 79 W' $167^{va}$ 85 S' $142^{va}$ 85 T' $193^{va}$ 87 D' $160^{ra}$ 91 P' $252^{ra}$ 94 J' $109^{va}$ 99 K' $307^{ra}$

---

76 temperantia est] temperantiae D'G'(*add. s. l.* est)I'(*corr.*)P°R'S'W' (*scr.* J'(temperantia autem est)K'M'P'T'Y') 76 omnia] *om.* K'P' 79 vero] sunt *add.* Σ (*corr.* I' sunt vero K'P') 82 est[1]] et A (est *del. et add. i. m.* et I') 82 ignorare] *om.* K'P' 83 iustitia] autem *add.* Σ (*del.* I) 86 et] *add. sup. lin.* P' 86 dicens] et *add.* Σ (*del.* I') (*scr.* J'K'P'T') 88 quod[1]] *om.* D'(*add. s. l.*)P'(*add. i. m.*) 90 flectitur] deflectitur K'P' 91–92 quam … eminentiori] *om.* S' 95 est] in *add.* Σ (*del.* I')

---

72–78 Id., *ibid.*, I, c. 8, n. 7 (ed. I. Willis, p. 37,11–13, 16–17, 14–16, 18–19); cf. Bonaventura, *Collationes in Hexaemeron*, Visio I, coll. 3, n. 26–31 (ed. F. Delorme, p. 97–98). 80–84 Id., *ibid.*, I, c. 8, n. 9 (ed. I. Willis, p. 38,26–30, 31–32, 29–30, 32–39). 86–90 Id., *ibid.*, I, c. 8, n. 10 (ed. I. Willis, p. 39, 6, 8, 7, 9–10). 94–95 Cf. *supra*, p. 131,14–15. 97–98 Cf. *supra*, p. 131,18–19.

secundum PHILOSOPHUM, IIIº et VIº Ethicorum, tamen secundum alios actus perfectos bene potest ipsi inesse. Non solum enim actus prudentiae est discurrere et consulendo quasi a praemissis in conclusiones, sed ipsius est de concluso sententiare, dicendo quod hoc est melius vel magis eligendum vel potius fugiendum. Et licet ille discursus sit | opus imperfectionis, nec convenit Deo, quia intellectus eius non est discursivus, ut habitum est supra, sententiare tamen est opus perfectum et bene convenit | Deo, et est opus voluntatis, quod dicitur electio, quoniam contingit, praecedente consilio. Utrum autem in Deo poterit dici electio vel non, inferius videbitur. Et ita, quia Deo convenit simplici intelligentia sententiare de consiliandis per intelligentiam, quoad hoc bene potest | prudentia et actus prudentiae esse in Deo. Et quia sic sententiat, ac si ex consilio sententia eliceretur, ideo et operatio ista consilium Dei, licet per similitudinem et transumptionem dici potest, iuxta illud, Isaiae XXVº secundum aliam translationem: «*consilium tuum antiquum fiat*».

Vel potest dici quod illud dictum, «moralis virtus non est sine prudentia», intelligitur de acquisita virtute morali, quia non acquiritur sine prudentia. Sed hoc modo non habet esse in Deo, sed in nobis tantum. Unde, quia illud quod consilio fit, pluribus modis potest fieri, quod autem fit electione recta sine consilio, unum modum sibi determinat, ideo con|tingit quod virtutes exemplatae, quae sunt plures sub una specie in diversis, in Deo si<n>t unica, secundum quod dicit AUGUSTINUS super illud Psalmi, «*iustus Dominus et iustitias dilexit*»: «*In multis iustis quasi multae iustitiae videntur esse, cum sit una Dei cui omnes participant, tamquam si una facies intueatur plura specula, quod in illa singulare est, illis pluribus pluraliter redditur*», et hoc quoad

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 08 I’ 199$^{va}$ 10 M’ 205$^{rb}$ 14 Scarp. 731$^{a}$ 23 Scarp. 731$^{b}$

04 alios] aliquos G’I’(*corr.*)T’ 05 inesse] esse Σ (*scr.* J’K’M’P’T’) 06 discurrere] discernere J’(*corr.*)S’(*corr.*) 08 fugiendum] faciendum Σ (*corr.* I) 08 imperfectionis] imperfectione D’S’ 10 tamen] cum S’ 10 est opus] *inv.* Σ 12 quia] in *add.* R’ 14 hoc] *om.* R’ 14 actus] opus K’P’ 15 eliceretur] et *add.* Σ (*del.* I’) (*om.* J’K’M’P’T’) 15 ideo] a Deo K’ 16 licet] *om.* D’ 17 aliam] a. (antiquam?) A Σ 20 acquiritur] *om.* Σ (I’ *add. i. m.*) est J’M’ 21 quia] *om.* R’ 23 quod] ut J’R’ 23–24 exemplatae] exemplares *sed corr.* D’ 28 illis] vel Σ (*corr.* I’ *del.* Y’)

03–04 ARIST., *Eth. Nic.*, III, c. 5 (Transl. Grosseteste, ed. R. A. GAUTHIER, p. 416,13; Iunt. III, f. 34rD; 1112b 22): «consilium autem omne quaestio»; THOMAS DE AQ., *Sent. libri Eth.*, III, c. 5, lectio 8 (ed. Leonina XLVII, 1, p. 143,69–70): «Omne autem consilium est quaestio, id est inquisitio quaedam …»; ARIST., *ibid.*, VI, c. 10 (ed. R. A. GAUTHIER, p. 486,25; 1142 b2): «consilians autem querit et raciocinatur»; THOMAS DE AQ., *Sent. libri Eth.*, VI, c. 2, lectio 1 (ed. Leonina XLVII, 2, p. 333,142–143): «nominat enim consilium quandam inquisitionem»; cf. HENR. DE GAND., *Quodl.* I, q. 16 (ed. R. MACKEN, p. 94–115); *Quodl.* X, q. 9 (ed. R. MACKEN, p. 220–255, imprimis 235). 09–10 HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 36, q. 7 (ed. G. A. WILSON, p.136,52–137,57). 12 Cf. *infra*, p. 154,157–159. 17–18 *Is.*, XLVI, 10: «Consilium meum stabit». 19–20 Cf. *supra*, p. 131,18–19. 25–28 AUGUST., *Enarr. in Ps.*, Ps 10, 7–8, n. 11 (CC lat. 38, p. 81,14–18; PL 36, 137).

virtutes morales. Quoad virtutes autem speculativas exponens illud Psalmi, «*Diminutae sunt veritates a filiis hominum*», dicit: «*Veritas una est qua illustrantur animae sanctae, sed quoniam multae sunt animae, in ipsis veritates multae dici possunt,* | *sicut ab una imagine multae in speculis imagines apparent*».

## | QUAESTIO 3

### Utrum amor sit in Deo

Circa | | tertium arguitur quod amor non sit in Deo.

Primo sic. Amor et odium sunt contraria quae nata sunt | esse circa idem, secundum PHILOSOPHUM. In Deo autem non est odium, quare neque amor.

Secundo sic. Amor determinat voluntatem ad volendum et ad amandum, quia, ut dicit AUGUSTINUS super Psalmos, «amor *vacare non potest*». Voluntas Dei omnino libera est et a nullo determinata, ut habitum est supra. Ergo etc.

Tertio sic. Nihil quod recipit magis aut | minus, habet esse in Deo, quia est mutabile quid. Amor autem, ratione qua amor, recipit magis et minus, quia semper est maior amor ad maius bonum. Ergo etc.

In contrarium est illud DIONYSII, De divinis nominibus: «*Infinitum se ipso et carens principio, divinus amor ostenditur*». Sed talis amor non | est nisi in Deo, quia quidquid est extra ipsum, finitum est et habens principium. Ergo etc.

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y' 32 R’ 150[rb] 1 A Σ : A”D’G’I’J’K’M’P’P°R’S’-T’W’Y’ 3 Bad. II f. 23[rA] Scarp. 732[a] 3 K’ 307[rb] 4 P’ 252[va] 11 A 199[va] 15 W’ 167[vb]

---

31 quoniam] *om. sed add. i. m.* D’ 32 in] *sup. lin.* D’ 2 Utrum … Deo] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 128,6. 4 nata … esse] natum sunt esse A”I’(*corr.*)J’(*corr.*)R’S’W’ natum est esse T’ (*scr.* D’G’K’P’Y’) 4 circa] *add. sup. lin.* T’ 5 quare] *add. sup. lin.* T’ 9 omnino libera] *inv. sed corr.* D’ 9 determinata] determinato A”D’I’(*corr.*)J’(*corr. i. m.* determinatur)M’R’S’W’ determinatur G’K’P’Y’ (*scr.* T’) 9 supra] *om.* R’ 14 infinitum] infinita R’(?)S’ 15 et carens] *iter. et del.* D’

---

30–33 ID., *ibid.*, Ps. 11, n. 2 (CC lat. 38, p. 82,4–7; PL 36, 138). 4–5 Cf. ALBERTUS M., *De caelo*, II, tr. 2, c. 6 (ed. P. HOSSFELD, p. 140,54); THOMAS DE AQ., *In Phys. Comm.*, V, c. 2, lectio 3, n. 673 (ed. Torino-Roma, p. 332a) saepius usi sunt ista regula: «contraria autem nata sunt fieri circa idem»; cf. *supra*, p. 110,4; cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 31, 15): «Opposita habent fieri circa idem». 8 AUGUST., *Enarr. in Ps.*, Ps. 31, 1 (CC lat. 38, p. 228,22; PL 36, 260). 9 Cf. *supra*, p. 118,239–119,242, p. 126,131–134. 14–15 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §14 (PL 122, 1136D; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 11, n. 178, ed. Torino-Roma, p. 146; in ALBERTI M. *Comm.* (ed. P. SIMON, p. 225,42–44: «… *divinus amor sicut quidam circulus aeternus*, id est carens principio et fine …»); cf. *Dionysiaca*, I, p. 223; PG 3, 713A).

## <SOLUTIO>

Dicendum quod aliquorum erat opinio, quod amor non est de divinis nominibus, neque potest poni in Deo, et hoc una ratione, quia sub nomine amoris nihil umquam Deo attribuitur in sacris eloquiis. Contra quos dicit DIONYSIUS, IVº De divinis nominibus: «*audebit* | *et hoc dicere vera ratio, quia ipse omnium causalis per bonitatis excellentiam omnia amat, omnia facit et continet. Et est divinus amor optimus optimi per optimum. Ipse enim benefactor existentium, amor, in optimo per excellentiam ante subsistens*». Et respondet eorum rationi quod, licet sub proprio vocabulo sacra eloquia Deo amorem non attribuunt, tamen ei amorem attribuunt sub aliis vocabulis, quibus sententialiter Deo attribuitur amor, — *stultum* | enim est vocibus intendere et non sen|tentiae — , dicens «esse *irrational*e arbitrio *et stultum, non virtuti intentionis attendere sed dictionibus.* | *Et hoc non est divina intel|ligere volentium sed sonos leves* per*cipientium*», etc. Ubi subiungit: «*verumtamen ut non hoc dicere putemur tamquam divina eloquia submoventes, audiant hanc amoris* | *nominationem criminantes*», etc. ubi inducit plures sententias sacrae Scripturae, quibus significatur et implicatur quod amor sit in Deo. |

Alia vero ratione idem ponebant, sumpta ab amore in nobis. Credebant enim quod amor non est in nobis nisi ex passione sive affectione et commotione quadam, quae in Deo cadere non | possunt omnino; quare neque amor secundum ipsos. Sed ratio ista non cogit, quoniam nomen amoris commune est ad verum amorem, et alium de quo illi loquuntur. Propter quod ad differentiam illius theologi istum appellant verum amorem, dicente DIONYSIO:

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 22 S’ $142^{vb}$ 28 I’ $199^{vb}$ 28 G’ $160^{va}$ 30 T’ $193^{vb}$ 30 D’ $160^{rb}$ 32 M’ $205^{va}$ 34 Scarp. $732^{b}$ 37 K’ $307^{va}$

---

20 neque] nec Σ (*corr.* I’ non M’) 21 nihil umquam] vel umquam A numquam Σ (*corr.* I’ vel unius numquam T’ non M’) 22 IVº] cap. *add.* S’ 23 omnium causalis] om̄i’ cal’ A om̄i cat’ Σ (*corr.* I’ omnia cat’ K’ oī^m cāt T’ oīm cā J’) 24 optimus] *iter.* A *add. et del.* D’ 25 ante] quando R’ 26 quod] et Σ (*corr.* I’) 26 Deo] *om.* K’P’T’ (*scr.* Σ) 28 enim est] *inv.* D’ est *add. s. l.* J’ 28 sententiae] *conf.* T’ 29 stultum] est *add. et del.* D’ 29 attendere] intendere *sed corr.* D’ 30 sed] sicut A Σ (*scr.* K’P’) 30 non] *om.* R’ 33 ubi] cum S’ 35 idem] *om.* D’ 35 sumpta] suscepta S’ 36 sive] et K’P’ 37–38 quae … non] *om.* R’ 38 ratio ista] *inv.* K’P’ 39 quo] dicit quod *add. i. m.* W’ 39–40 differentiam illius] *inv.* K’P’ 39–40 differentiam] A (*conf.*) dīna Σ (*corr.* I’) (dfram K’P’Y’)

---

19 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §11–17 (PG 3, 708C–713D) contra istam opinionem opponit. Cf. A. NYGREN, *Eros und Agape*, 2 vol., Gütersloh 1930–1937. 21–25 ID., *ibid.*, c. 4, §10 (PL 122, 1134C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 9, n. 159, ed. Torino-Roma, p. 131; *Dionysiaca*, I, p. 200–201; PG 3, 708B). 29–31 ID., *ibid.*, §11 (PL 122, 1134D; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 9, n. 160, ed. Torino-Roma, p. 132; *Dionysiaca*, I, p. 202–203; PG 3, 708C). 31–33 ID., *ibid.* (PL 122, 1135B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 9, n. 163, ed. Torino-Roma, p. 132; *Dionysiaca*, I, p. 207–208; PG 3, 709A). 35–37 Cf. ID., *ibid.* (PL 122, 1135B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 9, n. 410, ed. Torino-Roma, p. 135b).

«*mihi videntur theologi commune quidem dixisse dilectionis et amoris nomen. Propterea autem divinis magis referre vere amorem*, semper *consequentem talium virorum adamationem, cum non sit verus amor sed umbra, aut magis casus ver*i *amor*is». «*Audendum autem*, ut ibidem dicit, *hoc pro veritate dicere, quia omnium causalis bono* et optimo *omnium amore*», etc. Ubi declarat ex divinis operationibus circa creaturas, Deo inesse amorem, supponens quod illa sine amore fieri non habent. Quomodo autem illud intelligendum | sit, in proxima quaestione sequenti videbitur. Quantum autem ad praesentem pertinet quaestionem sufficit scire quia, amore large accepto, omnes actiones quibus creaturae inter se in ordine universi sociantur, non procedunt ab eis sine amore, dicente DIONYSIO: «*amorem sive divinum, sive angelicum sive intellectualem sive animalem sive naturalem dicamus, unitivam quandam et continuativam intelligimus virtutem, superiora quidem moventem in providentiam inferiorum, aequiformia iterum in socialem vicissitudinem, et novissima subiecta ad meliorum et superpositorum conversionem*».

Ut sic secundum quinque modos appetitus supra distinctos in quaestione de libertate voluntatis Dei, qui sunt principium omnium operationum contingentium in Creatore et in creaturis, respondeant quinque modi amoris. Inter quos supremus et supereminens est amor divinus, sicut est divinus appetitus; et sicut divinus appetitus est ad bonum simpliciter, sic et divinus amor modo correspondente. Ut in hoc differat in Deo amor a gaudio, delectatione et huiusmodi, quae sunt in Deo. Ut gaudium et delectatio in Deo sicut et in nobis, tantummodo sint de bono praesenti, desiderium autem de bono exspectato, sed amor est boni simpliciter et in communi, | quem supponit omnis appetens. Unde et affectiones omnes et passiones, in quocumque sint, amorem praesupponunt.

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 47 P’ 252$^{vb}$ 64 J’ 109$^{vb}$

---

42 autem] dicimus *add. et del.* D’ 42 vere] *add. s. l.* D’ 44 hoc] hii Σ (*corr.* I’ humana J’ Hugo K’P’) (*scr.* Y’) 45 omnium] omni P’R’S’W’ 46 operationibus] operabilibus K’P’ 46 Deo inesse] in Deo esse D’ 47 illud … sit] intelligendum sit illud K’P’ 47–48 proxima quaestione] *inv.* Σ 48 sequenti] *om.* R’ 50 sociantur] *corr. in* sortiantur I’ ordinantur *corr. in* sociantur J’ sortiantur *corr. in* sociantur Y’ 52 continuativam] continuationem A (*conf.*) Σ 53 intelligimus] intellectus Σ (*corr.* I’) (*scr.* Y’) 54 novissima] novissimam J’T’W’ 54 subiecta] sbā Σ (*corr.* I’ *del.* substantia *add.* subiecta K’) (*scr.* J’K’T’Y’) 57 libertate] liberalitate Σ (*corr.* Y’) (*scr.* A”J’K’P’R’T’) 57 principium] principia *sed sup. lin. corr.* A 59 supereminens] superveniens D’ 59 est$^{2}$] enim Σ (*corr.* I’ et J’) (*scr.* Y’) 60 sicut] sic K’P’ 61 differat] differret Σ (*corr.* I’ differant Y’(*corr.*)) (*scr.* J’) 62 delectatio] et huius modi *add.* K’P’ 62 in Deo$^{2}$] ideo A”D’R’S’ 62 et$^{2}$] *om.* K’P’S’ 63 bono] de *add.* D’ 65 sint] cum *add.* D’

---

40–44 ID., *ibid.*, §12 (PL 122, 1135C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio p, n. 165–166, ed. Torino-Roma, p. 133; *Dionysiaca*, I, p. 210; PG 3, 709B). 44–45 ID., *ibid.*, §13 (PL 122, 1136B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 10, n. 171, ed. Torino-Roma, p. 141; *Dionysiaca*, I, p. 217; PG 3, 712A). 47–48 Cf. *infra*, p. 153,121–125. 51–55 Cf. ID., *ibid.*, §15 (PL 122, 1137B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 12, n. 180, ed. Toriono-Roma, p. 150; *Dionysiaca*, I, p. 225–226; PG 3, 715A–B). 56–57 Cf. *supra*, p. 103,76–78 (appetitus naturalis, animalis, humanus, angelicus, divinus).

Gaudium enim et delectatio, desiderium et spes, et cetera hu|iusmodi non sunt nisi boni per se amati, quia habetur | vel optatur haberi, ira vero, timor, tristitia et huiusmodi non sunt nisi boni non habiti vel amitten|di. Unde nemo timet bonum amittere, nisi quia amat ipsum habere, neque tristatur de malo, | nisi quia per ipsum | privatur bono amato vel desiderato.

## <AD ARGUMENTA>

Ad primum in oppositum, «quod odium non est natum | Deo inesse, quare neque amor», dicendum quod secundum expositionem PHILOSOPHI in Postpraedicamentis, «illa maxima *contraria nata sunt fieri circa idem*»: intelligitur: «*nisi* alterum *determinat*e *insit*». Nunc autem determinate ex natura suae bonitatis amor inest Deo, dicente DIONYSIO: «*omnibus est bonum et optimum et concupiscibile et amabile et delectabile; et per ipsum et propter ipsum et minora meliora conversibiliter amant et sociative,* | *aequiformia* | *et meliora minora provide, et haec semetipsa singula quaeque connexa, et omne bonum et optimum desiderant*iam *facit et vult omnia quaecumque facit et vult*».

Ad secundum, quod «amor determinat voluntatem ad amandum et volendum», dicendum quod differt dicere voluntatem determinare ad volendum, et inclinare.

Quod enim determinat appetitum, ducit ipsum in actum appetendi determinate id aliquid quod ipsum determinat, quemadmodum dictum est supra de appetitu brutali, et sic voluntas numquam aliquo ad volendum determinatur. Licet enim de|terminate vult se ipsum, ita quod non possit se non velle, non tamen determinatur sua voluntas in volendo se ipsum ad se ipsum volendum,

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 66 Scarp. 733[a] 67 R' 150[va] 68 K' 307[vb] 69 I' 200[ra] 70 I' 200[ra] 72 A 199[vb] 78 S' 143[ra] 78 W' 168[ra] 87 M' 205[vb]

---

66 enim] *om.* D'K'P' 67 quia] et *add.* D' 67 vel] ut S' 67 vero] autem T' 67 timor] *om.* R'T' 70 privatur] privatio *sed corr.* K' 70 desiderato] tristato R' 73 quod] *om.* K' 74 Postpraedicamentis] quod *add.* Σ (*del.* I' *om.* Y') 74 maxima] maxime T'(*corr.*)Y' 74 contraria] contrariata D'I'(*corr.*)R'S'W' 75 determinate insit] *inv.* K' 78 minora] et *add.* R' 78 conversibiliter] convertibiliter D'(*corr. s. l.*) 78 amant] amantur D'G' *conf.* A"G'R'W' amanti M' (*scr.* I'J'K'P'P°T'Y') 78 sociative] societatem K'P' 79 haec] hac T' 79 connexa] connexe A(?) *corr.* I'(?)Y' connexione Σ 79 omne] esse A (*conf.*) Σ 85 id] illud D'S'W' *om.* R' 85 aliquid] ad Σ (*add. s. l.* D' *corr.* I') 86 volendum] voluntatem *add. et del.* K' 88–90 se … volendo] *om.* (*hom.*) S'

---

72–73 Cf. *supra*, p. 143,4–5. 73–74 Cf. *supra*, p. 143,4–5; cf. ARIST., *Categ.*, c. 11 (Transl. Boethii, ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 37,1–2; Iunt. I, 1, f. 54vH; 14a 15–16); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 31, 15). 75 AVERROES, *Praedicamenta*, tr. 3 (ed. Iunt. I, 1, f. 56vG). 76–80 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §10 (PL 122, 1134B–C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 9, n. 156–158; ed. Torino-Roma, p. 131; *Dionysiaca*, I, p. 199–210; PG 3, 708A). 81–82 Cf. *supra*, p. 143,7. 85–86 Cf. *supra*, p. 114,106–107.

quia voluntas sua non ducitur necessitate praeveniente ut velit se, sed libere se ipsum ducit in volendo, licet necessitate immutabilitatis concomitante, ut | dictum est supra.

Quod autem voluntatem inclinat ad volendum, non ducit ipsum in actum, sed tantum quasi allicit ut se ipsum ducat, quemadmodum habitus virtutum in voluntate inclinant ipsam ad actus proprios eliciendum, et per consimilem modum quasi trahunt passiones. Et per hunc modum amor vacare | non potest, sed semper allicit voluntatem ad actum volendi bonum, quod est amoris obiectum, et hoc vel simpliciter indeterminate, quando amor sumitur ut simpliciter indeterminate respectu cuiuscumque boni, determinate vero, quando est respectu alicuius boni determinati, secundum quod de hoc amplius videbitur in quaestione sequente.

Ad tertium, quod «amor recipit magis et minus, et nihil tale est in Deo», dicendum quod differentia est inter actus pertinentes ad Dei voluntatem et ad Dei intellectum, quo|niam illi qui pertinent ad | intellectum, ad | creaturas non terminantur sicut effectus intellectus, sed solum sicut terminus. Actus vero volendi Dei quando est in respectu ad creaturas, non solum respicit eas ut actionis terminum, sed ut eius effectum. Quaecumque enim vult in creaturis, quae pertinent ad ipsarum existentiam in esse, et in bene esse effectus divinae voluntatis sunt, ut declarari habet loquendo de emanatione creaturarum a Deo. Nunc autem ita est, quod actus aliquis potest Deum denominare, vel ratione substantiae actus, vel ratione effectus qui ex ipso solet consequi in creaturis, licet non ratione substantiae actus: verbi gratia, cum Deus dicitur diligere creaturas, substantia huius actionis est in Deo, quia est ipsa divina essentia. Cum vero dicitur quod Deus irascitur creaturis, substantia huius actus secundum quod nominat passionem, non est aliquid in Deo sed ab hoc actu nominatur, quia effectum ad modum irascentis operatur circa creaturas. Et primo modo actus de Deo dicitur proprie, secundo autem modo non nisi transumptive et metaphorice.

Et sicut est de substantia actus, sic est de magis et minus circa ipsum actum, nam magis et minus possunt intelligi dici de Deo circa aliquem ac-

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 90 P’ 253[ra] 95 T’ 194[ra] 03 Scarp. 733[b] 03 D’ 160[va] 03 K’ 308[ra]

---

89 voluntas sua] *inv.* D’ 89 ducitur] voluntate *add. et del.* K’ 89 necessitate praeveniente] *inv.* K’ 92 voluntatem] volentem J’(?)K’P’ vellentem R’ 97 simpliciter] vel *add. et del.* D’ 98 indeterminate] determinate Σ (*corr.* G’I’) (*scr.* J’Y’) 00 sequente] sequenti Σ (*scr.* A”G’M’T’) 03 intellectum[1] ] intellectus A”D’I’(*corr.*)R’S’W’ (*scr.* G’J’K’M’P’P°T’Y’) 04 effectus] *om.* T’ 05 quando] ante T’ 06 actionis] actiones S’(*sed corr.*)W’ terminus *add. et del.* D’ 08 voluntatis] quae *add.* D’ 08 loquendo] *om.* Σ (*add. i. m.* I’) (*scr.* K’P’Y’) 09 actus] est *add.* I’(*del.*) R’S’(*del.*)W’ 11 actus] *om.* D’ 13 substantia] eius *add. et del.* S’ 15 irascentis] *illeg. add. et del.* D’ 18 nam] non Σ (*corr.* I’K’) (*scr.* G’J’Y’) 18 circa] secundum K’P’

---

90–91 Cf. *supra*, p. 118,239–119,242. 99–00 Cf. *infra*, p. 149,32–150,38. 01 Cf. *supra*, p. 143,11. 08 Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 31–34 (ed. R. MACKEN, p. XLV–XLVI).

tum dupliciter: uno modo ex intensione in substantia | actionis, alio modo ex intensione in substantia effectus. Primo modo nulla actio omnino dicitur de Deo secundum magis et minus, quia actio sua est sua substantia, in qua non cadunt magis et minus. Secundo modo actio voluntatis, terminata ad creaturam ut ad effectum eius, dicitur secundum magis et minus. Dicitur enim Deus magis diligere maius bonum, quia maius bonum est quod operatur in uno quam in alio ad modum illius qui magis de bono facit uni quam alteri, quia magis intensive secundum substantiam amoris amat unum quam alterum. Et sic non proprie sed metaphorice secundum magis et minus praedicantur de Deo actus pertinentes ad voluntatem eius.

Quare, cum amor sit ratio in voluntate actus volendi et causandi effectus bonitatis in creaturis, dicente beato DIONYSIO, IV$^{o}$ De divinis nominibus, «*Ipse benefactor existentium, amor, in optimo per excellentiam* autem *subsistens, non sinit ipsum infecundum in se ipso manere; movit* autem *ipsum in agendum iuxta omnium genitivam excellentiam*», secundum hunc igitur modum amor in Deo potest dici, et vere dicitur, secundum magis et minus, non ratione | substantiae suae, sed intensionis bonitatis in effectu suo, ut vere dicatur Deus habere maiorem amorem ad maius bonum, et minorem ad minus bonum.

## | QUAESTIO 4

### UTRUM AMOR IN DEO HABEAT HABITUS, AUT ALICUIUS ALTERIUS RATIONEM

Circa | | | quartum arguitur, quod amor in Deo sit actus ipse | amandi, quia, | sicut se habet in Deo notitia ad actum cognoscendi ex parte intellectus, sic se habet amor ad actum amandi ex parte voluntatis. Sed ex parte intellectus notitia est ipse actus noscendi in eius intelligentia, non autem habitus in memoria, neque aliquid aliud in eo. Ergo ex parte voluntatis amor erit ipse actus amandi in voluntate, non autem ut habitus vel ut passio.

---

A Σ : A''D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 19 I' 200$^{rb}$ 35 P' 253$^{rb}$ 1 A Σ : D'G'I'J'-K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 3 A 200$^{ra}$ 3 Bad. II f. 23$^{vH}$ Scarp. 734$^{a}$ 3 M' 206$^{ra}$ 3 K' 308$^{rb}$ 4 R' 150$^{vb}$

---

19 ex] in R' 19 intensione] intentione A(*conf.*) Σ (*scr.* K'Y') 19–20 actionis … substantia] *om.* (*hom.*) S'W' 19 ex] *om.* J' 20 intensione] intentione Σ (*om.* J') (*scr.* K'Y') 21 est sua] *om.* (*hom.*) R' 23 Dicitur$^{2}$] debet Σ (*corr.* I') (*scr.* Y') 28–29 eius … voluntate] *om.* (*hom.*) S' 31 autem] a$^{t}$ S'Y' *om.* R' 31–32 subsistens] existens K' 32 in se ipso] *om.* D' 33 igitur modum] *inv. et corr.* D' 35 intensionis] intentionis Σ (*scr.* J'K'P'Y') 36 maiorem amorem] *inv.* Σ 2 Utrum … rationem] *om.* A Σ; cf. *supra*, p. 128,6–7. 5 voluntatis] volentis R' 7 eo] Deo *add. et del.* D' ipso J' 8 passio] *om.* D'

---

23–24 Cf. THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 20, a. 4: «An Deus semper magis diligat meliora». 30–33 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §10 (PL 122, 1134C; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 9, n. 159, ed. Torino-Roma, p. 131; *Dionysiaca*, I, p. 201–202; PG 3, 708B).

Quod autem amor sit in voluntate ut passio sive affectio, arguitur, quia eius contrarium, scilicet odium, pas|sio est et affectio in illo | cuius est, et contraria sunt eiusdem generis. Non ergo est actio aut habitus.

Quod autem sit habitus, arguitur, quoniam illud quod movet agentem ad agendum, habitus est in ipso, non actus vel passio, quia est ut principium illorum. Amor in Deo est huiusmodi, ut patet ex dicto DIONYSII in fine quaestionis praecedentis. Ergo est habitus, non actio aut passio.

## <SOLUTIO>

Hic oportet intelligere in principio quod, cum in genere triplex sit appetitus, scilicet pure naturalis absque omni cognitione, animalis per cognitionem sensitivam, et rationalis per cognitionem intellectivam, quorum primum non est nisi per principium inclinativum ad motum, non autem motivum nisi per accidens, secundum est per principium motivum sed per appetibilis determinationem, tertium vero est motivum libere et ex se, sicut patet ex supra determinatis, sic autem est in essentialiter ordinatis secundum gradus ad invicem quod, quidquid est perfectionis in inferiori et imperfectiori, est et in perfectiori, | licet sub ratione eminentiori, quemadmodum vegetabile est in sensibili et utrumque in rationali, sicut trigonum in tetragono et tetragonum in pentagono, ut determinat | PHILOSOPHUS, II° De anima.

Principium igitur inclinativum ad motum secundum appetitum pure naturalem non motivum, est in principio motivo secundum appetitum animalem, et principium motivum secundum appetitum animalem, amoto illo quod est imperfectionis in ipso, scilicet determinativo ad motum per appetibile praedictum, virtute est in motivo secundum appetitum rationalem. Hoc enim principium,

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 10 S' 143[rb] 10 W' 168[rb] 24 Scarp. 734[b] 27 J' 110[ra]

---

8–9 non … voluntate] *om.* (*hom.*) D' 9 affectio] actio K' 9 arguitur] videtur K'P' 13 habitus est] *inv.* K' 13 in] *om.* Σ (*add. i. m.* I' *del.* D') (*scr.* G'J'K'P'Y') 17 Hic] hoc T' 17 in[2]] *sup. lin.* D' 17 triplex sit] *inv.* K' 18 per] cognitivam *add. et del.* K' 18–19 cognitionem sensitivam] *inv.* K' 19 et … intellectivam] *om.* (*hom.*) T' 20 non autem motivum] *om.* (*hom.*) K' 20 autem] ad *add.* Σ (*del.* I' aliquid M' ab W') (*scr.* A"G'Y') 20 motivum] motum(?) J'(*corr. s. l.*)P'P°R'(?)W' 24 et] in *add. et del.* R' 24–26 licet … rationali] *om.* T' 26 et … pentagono] *om.* R' 30 quod] quia S' 30–31 est imperfectionis] *inv.* K'P' 32 enim] est *add.* D'

---

10–11 Cf. *supra*, p. 143,4–5; ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, 243). 14–15 Cf. *supra*, p. 148,130. 17 Cf. *supra*, p. 103,76–78, p. 145,56; de triplice appetitu disputavit (anno 1281/82) PETRUS DE FALCO, *Quaest. ord.*, q. 15 (ed. A.-J. GONDRAS, p. 538–539); contra istam doctrinam opponit mag. GODEFREDUS DE FONTANIS, *Quodl.* VIII, q. 16 (ed. J. HOFFMANNS, p. 14). 22 Cf. *supra*, p. 147,92–99, p. 111,48–50. 25–27 ARIST., *De an.*, II, c. 3 (in ALBERTI M. *Comm.*, ed. CL. STROICK, p. 80,74–75; Iunt. Suppl. II, f. 64vF; 414b 31–32); in AVERROIS *Comm.*, ed. ST. CRAWFORD, p. 175, 4–5. Cf. HENR. DE GAND., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 33, q. 3 (ed. R. MACKEN, p. 158,30–32).

scilicet voluntas secundum quod est natura, habet principium inclinativum ad motum in se non motivum, secundum autem quod est appetitus simpliciter, | non movet | nisi quasi indeterminate et quasi in habitu, sicut non movet appetitus animalis prius quam determinetur per obiectum, secundum autem quod ille appetitus est rationalis, se ipsum ex se ipso determinat ad actum, solummodo proposito sibi bono per cognitionem in intellectu. |

Ut in appetitu qui est voluntas, sint tria considerare | secundum rationem differentia, scilicet principium inclinativum et principium motivum simpliciter, et rationem qua dicitur ex se motivum, ex qua habet libertatem, ut dictum est supra. Cui in nullo derogatur per principium naturale inclinativum, licet principium motivum | sit quasi concomitans principium naturale inclinativum, quoniam principium inclinativum eo quod non est motivum, licet determinet obiectum in quod est movendum, et hoc simpliciter et in genere, ut bonum sub ratione boni simpliciter, et in illo ad bonum quod est ratio omnis boni, secundum quod verificatur et exponitur illud PHILOSOPHI, «*omnia bonum appetunt*», non tamen determinat ap|petitum ad aliquem motum determinatum in determinatum bonum, quemadmodum determinatur appetitus animalis secundum praedeterminatum modum. Huiusmodi autem principium inclinativum sub ratione qua inclinativum est et non motivum, amor est in omni genere appetitus et diversificatur secundum diversificationem appetitus, ut secundum quod sunt quinque modi appetitus, scilicet naturalis, animalis, humanus, angelicus et divinus, sic quinque sunt modi amoris, ut patet ex auctoritate DIONYSII posita in praecedenti quaestione. Et ut dicit in eodem, amor est virtus quaedam *unitiva* et *continuativa*, et non solum unitiva et continuativa, sed etiam conversiva, secundum quod dicit in praecedentibus, «*est autem ecstaticus divinus amor, non sinens se ipsos esse amantes sed amandorum*», ut scilicet amans non maneat ipse amans, sed fiat quo|dam modo ipse amatus. Se-

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 34 I' $200^{va}$ 35 T' $194^{rb}$ 38 D' $160^{vb}$ 39 K' $308^{va}$ 43 P' $253^{va}$ 48 Scarp. $735^{a}$ 59 M' $206^{rb}$

---

33 scilicet] secundum quod est K'P' 34 autem] *om.* S' 37 ex] ut *sed corr. sup. lin.* S' 39 Ut] sunt *add. et del.* D' 39 sint] sit A J'K'Y' sunt D'(?)I'(*corr.*)R'W' 41 et] secundum *add. et del.* D' 42–43 licet … inclinativum] *om.* (*hom.*) T' 42 licet] non *add.* Σ (*corr.* I' enim J' vero G') (*scr.* Y') 43 concomitans] communicans Σ (*corr.* J') (*scr.* Y') 43 naturale inclinativum] *inv.* A"D'G'I'R'S'W' 43 naturale] *om.* I'J'(*add. i. m.*)K'P' 44 quoniam … inclinativum] *om.* (*hom.*) J' 44 determinet] determinat A G' 45 movendum] mod' Σ (*corr.* I'J') (*scr.* K'P') 45 et] *om.* D' 47 omnia] ad *add.* R' 48 determinatum] *om.* K' 49 determinatum] *om.* J' 52 appetitus] scilicet naturalis animalis *add. et del.* D' 53 naturalis] rationalis *add.* T' 56 et … continuativa] *om.* (*hom.*) K' 57 ecstaticus] excitativus K'P' exercitus D' 59 non maneat ipse amans] ipse demens (*corr.* i. amans) K'

---

41–42 Cf. *supra*, p. 115,156. 47–48 ARIST., *Top. interpr. Boethii*, III, c. 1 (ed. PL 64, 934C); cf. ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 36, 38; 12, 1; 16, 14; 25, 36; 25, 54). 54–55 Cf. *supra*, p. 145,51–55. 55–56 Cf. ID., *ibid.* 57–58 PS.-DIONYSIUS, *De div. nom.*, c. 4, §13 (PL 122, 1136A–B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 10, n. 168, ed. Torino-Roma, p. 141; *Dionysiaca*, I, p. 215).

cundum quod declarat per illud quod «dixit PAULUS: ‹*Vivo ego, iam non ego, vivit autem in me Christus*›, dicens: ut *vere amator et mente excedens, sic inquit, Deo non ipsam sui vivens, sed* amati*, vitam ut nimis dilectissimam*».

Et secundum hoc amor tripliciter habet considerari, praecipue ille qui est cum appetitu rationali, de quo principaliter loquimur. Uno modo in quantum habet vim inclinativam voluntatis amativae in actum amandi et mediante actu in obiectum, alio modo in quantum in ipso actu unit amantem cum amato, tertio modo in quantum per unionem convertit amantem in amatum quodam modo.

Descendendo igitur ad quaestionem, dicimus quod amor consideratus primo modo habet rationem habitus tamquam inclinativi potentiae ad actum et in obiectum. Unde dicit DIONYSIUS quod «*amor movit ipsum* Deum ad *agendum*», ut habetur in fine | praecedentis quaestionis.

Secundo | modo quodam modo | habet rationem actus, | et est amor idem quod ipsa amatio, quae est actio amandi, sicut lectio est actio legendi.

Tertio autem modo habet quodam modo rationem passionis. Convertendo enim amantem in amatum tamquam in summe dilectum, summam concipit delectationem ex praesentia summe delectabilis sibi, et per hoc fit ipsius amoris intensio et amandi actus. | Magis enim amamus quod quasi essentialiter et essentiali amore nobis aliquo genere magis unitur, aut naturali propagatione aut familiari conversatione aut aliquo alio modo. Sed quasi accidentaliter et quasi accidentali intensione amoris aliquando magis amamus ad tempus, quos amamus ex aliqua passione, quam illos quos amamus ex naturali propagatione vel alio modo, licet facilius transit, sicut et tran|sit ipsa passio. Et incenditur sic | amor ex pas|sione, quemadmodum si quis esset naturaliter rubeus, ex passione supervenientis verecundiae amplius fit rubeus. Et sic amor dicitur passio

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 73 K’ 308[vb] 74 R’ 151[ra] 74 S’ 143[va] 74 A 200[rb] 80 W’ 168[va] 85 I’ 200[vb] 86 P’ 253[vb] 86 Scarp. 735[b]

---

60 dixit] dicit K’P’S’(?) 61 autem] vero K’ 61 vere] sic K’ 62 vivens] vives K’P’T’ 62 nimis] unius R’ 65 modo in quantum] inquit(?) R’ 65 modo] *om.* A”G’(*corr.*)I’(*corr.*)P°R’-S’W’) (*scr.* D’J’M’K’P’T’Y’ 66 amativae] amatē A J’W’Y’ amantem Σ (*corr.* I’) 68 modo] *om.* S’ 71 inclinativi] inclinat(iv)um D’(?)R’S’W’ …va J’ …vae I’(*corr.*) Y’ (*scr.* A”J’K’M’P’T’) 72 in] *om.* R’ 75 est[1]] ipsa *add.* R’ 77 habet] rationem *add.* T’ 78 amatum] amantem K’ 78 in[2]] *om.* Σ (*corr.* J’) (*scr.* T’(?)) 80 enim] etiam R’ 81 magis] nobis T’ 82 conversatione] conversatorem A”D’I’(*corr.* ?)R’S’W’(*def.* Y’) (*scr.* G’K’M’P’T’) 82 aut] *om.* D’W’ 82–83 et … accidentali] *om.* (*hom.*) S’ 82 quasi … et] *om.* (*hom.*) J’ 83 intensione] intent(c)ione Σ 83 quos] quasi *add. et del.* K’ 84 ex[2]] *om.* Σ (*corr.* I’) (*scr.* Y’) 85 sicut] *om.* R’ 85 et[1]] facilius *add.* Σ 87 supervenientis] *om.* K’P’

---

60–63 ID., *ibid.*, c. 4, §13 (PL 122, 1136A–B; in THOMAE DE AQ. *Comm.*, c. 4, lectio 10, n. 170, ed. Torino-Roma, p. 141; *Dionysiaca*, I, p. 216–217; PG 3, 712A); cf. *Gal.*, II, 20. 73 Cf. *supra*, p. 148,130.

propter intensionem quam recipit in se ex passione, sed magis proprie passibilis qualitas sive affectio.

Et licet secundum hoc amor uno modo possit dici habitus, alio modo actio, tertio autem modo passio, ex se tamen et sua natura non habet quod sit passio, nisi quia in ipso intensio fit ex passione, neque quod sit actio, nisi quia per actionem unit amantem amato, sed ex se et natura sua habet solummodo quod sit habitus.

Unde, quia in Deo non cadit passio nisi metaphorice dicta, ut infra videbitur, ideo amor Dei in sua essentia intensionem non est natus recipere, neque in Deo habet ullo modo rationem passionis aut affectionis, nisi extendendo nomen affectionis, sicut ipsum extendit Augustinus, ad nomen habitus. In Deo autem, quia est vera amationis actio, quodam modo in Deo actio potest dici, sicut et in creaturis suo modo, et secundum hoc ab aliquibus amor dicitur primus actus voluntatis. Proprie autem neque in Deo neque in creaturis habet aliam rationem quam rationem habitus, et hoc secundum modum quo ratio habitus potest poni in Deo secundum praedeterminata.

Sed est advertendum quod amor ut habet rationem | habitus, distinguitur in tres modos amoris, secundum quod respicit diversos actus amationis, quorum est principium inclinativum, et similiter in alios tres, secundum quod respicit essentiam ipsius habitus.

Primo modo distinguitur in amorem concupiscentiae sive benevolentiae, et in amorem beneficentiae, et in amorem complacentiae.

Amor primo modo est ille quo volumus bonum alicui, secundum quem ea quae alicui volumus, non dicimus proprie amare sed concupiscere, et illum | amare cui bonum desideramus, quemadmodum vult et | amat aliquis vinum, et hoc improprie et per accidens, quia amat ipsum sibi in usum, | et per se amat se ipsum. Iste modus amoris non cadit in Deo nisi respectu creaturarum, quibus

---

A Σ : A''D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 04 K' $309^{ra}$ 11 D' $161^{ra}$ 12 T' $194^{va}$ 13 M' $206^{va}$

---

88 intensionem] intentionem Σ (*scr.* J'K'M'P') 89 affectio] dicitur *add.* Σ G'(*add. i. m. del.* I') (*scr.* K'P'Y') 91 et] ex *add.* Σ 92 intensio fit] fit/sit intentio A''D'G'W' 93 amantem] cum *add.* D' 95 nisi metaphorice] *conf.* R' 96 natus] *i. m.* S' 97 nisi] *add. i. m.* K' 98 affectionis] actionis *sed exp.* K' 98 ipsum] *om.* Σ (*corr.* I'Y') 98 extendit] ostendit R' 98 nomen] rationem S' 99 actio] non *add.* R' 00 ab] *om.* R' 02 rationem] *om.* D' 02 ratio habitus] *inv.* K'P' 04 quod] *om.* S' 04 rationem] *om. sed add. i. m.* D' 06 et] *om.* D'W' 06 in] et I'(*corr.*) *om.* T' 10 secundum quem] sed R' 10 quem] quod Σ (*corr.* I') 12 cui] proprie *add. et del.* D' 13 hoc] *om.* R'

---

95–96 Cf. Henr. de Gand., *Summa (Quaest. ord.)*, art. 50, q. 1 (ed. 1520, II, f. 48rE). 98 Cf. Henr. de Gand., *Quodl.* V, q. 16 (ed. 1518, I, f. 187r): «Ubi notabiliter dicit (Boethius) in habitu dispositionem, quia tamquam imperfectum quod secundum rem manet in perfecto, licet nomen suum omittat, iuxta illud quod Augustinus vocans dispositionem affectionem, dicit in suis Praedicamentis. Habitus etiam affectio videri potest.» 03 Cf. *supra*, p. 129,19–21. 10–12 Cf. Thomas de Aq., *Summa theol.*, Ia IIae, q. 26, a. 4; q. 28, a. 2; cf. Arist., *Rhetor.*, II, c. 4, 1380b 35–36.

vult bonum propter ipsas subiective, non propter se, licet per ordinem ad bonum quod est ipse.

Amor beneficentiae est ille quo non solum bonum alicui desideramus, sed facere disponimus, et est iste modus similiter in Deo respectu creaturarum, et non differt multum a primo.

Amore complacentiae volumus bonum alicuius ut est eius, quia in ipso nobis complacet. Et est iste modus verissimus amoris, quia est boni secundum quod est bonum, sive secundum quod est honestum, non secundum quod est utile aut delectabile; et est in Deo perfectissimus et respectu sui et respectu creaturarum. Vult enim Deus bonum | uniuscuiusque secundum quod est eius, sive sui sive alterius, licet bonum alterius vult in ordine ad bonum quod est eius.

Secundum vero quod amor respicit aut nominat essentiam ipsius habitus, distinguitur in amorem naturalem, liberalem et gratuitum.

Et est amor naturalis in omnibus entibus iuxta gradum appetitus in eis, ut dictum est. Et est etiam in agentibus per voluntatem principium et origo omnis voluntariae actionis, | non cessans inclinare | voluntatem in actum volendi bonum sed indeterminate, dicente Augustino in Expositione tituli Psalmi XXXI[i], «*Beati quorum*»*:* «*Ipsa dilectio vacare non potest. Quid enim de* | unoquoque *homine etiam male operatur, nisi amor?*»

Unde iste amor in nobis origo est et fundamentum amoris liberalis, qui consistit in virtutibus acquisitis, et ex contrario amoris illiberalis et facinorosi, qui consistit in vitiis.

Unde secundum quod est principium | inclinans ad bonum simpliciter, dicitur caritas, large sumendo caritatem, secundum vero quod est principium inclinans ad bonum apparens et ut nunc, dicitur libido vel cupiditas. Et est idem in | radice naturae, unde dicit Augustinus ibidem: «*Purga ergo amorem tuum: aquam fluentem in cloacam, converte ad hortum! Quales impetus habebat | ad mundum, tales habeat ad artificem mundi. Non vobis dicitur: nihil ametis, absit! Pigri, mortui, detestati, miseri eritis! Amate, sed quid ametis, videte. Amor Dei, | amor proximi caritas dicitur; amor mundi, amor huius saeculi, cupiditas dicitur; cupiditas refrenetur, caritas excitetur!*» Et sic ab amore naturali oriuntur

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y’ 24 Scarp. 736[a] 30 P’ 254[ra] 30 J’ 110[rb] 32 I’ 201[ra] 37 S’ 143[vb] 40 K’ 309[rb] 41 A 200[va] 44 R’ 151[rb]

---

16 est ipse] *inv.* K’P’ 20 volumus] enim *add.* Σ (*del.* J’) 23 Deo] quod est *add.* S’ 24 Deus] *om.* K’ 24 est] *om.* Σ 24 eius] *om.* J’ 25 bonum] ordinem *add. et del.* D’ 29 et[2]] *om.* A”I’(*add. i. m.*)R’S’W’ 31 indeterminate] dicendo *add. et del.* D’ 34 qui] quae A Σ (*scr.* D’K’P’Y’) 35 ex] e K’P’ 35 illiberalis] liberalis Σ 41 in cloacam] inchoatam K’T’ 41 hortum] oratum Σ (odoratum Y’) (*scr.* K’P’) 42 habeat] habebat Σ (*corr.* I’ habeas K’P’) 42 vobis] non *add.* K’P’ 44 proximi] Christi P’ 44 caritas dicitur] *inv.* K’P’

---

28–29 Cf. *supra*, p. 145,56. 31–33 August., *Enarr. in Ps.*, Ps. 31, 1, serm. 2, n. 5 (CC lat. 38, p. 228,26–33; PL 36, 260). 40–45 Id., *ibid.*, Ps. 31, 5 (CC lat. 38, p. 228,26–33; PL 36, 260). Cf. Henr. de Gand., *Quodl.* IV, q. 22 (ed. 1520, I, f. 138vQ).

ista duo quasi duae radices virtutum et operum virtutis, et radices vitiorum et operum vitiorum.

Unde et per distinctionem amoris in amorem qui est in finem, et in eum qui est ad finem, distinguuntur praecepta legis divinae in praecepta primae ta|bulae quae pertinent ad amorem Dei, et in praecepta secundae tabulae quae pertinent ad amorem proximi.

Iste amor naturalis in voluntate Dei est ut voluntas est natura. Et secundum rationem et ordinem conceptuum nostri intellectus, est quasi praevius actum volendi elicitum a divina voluntate, inclinans ipsum in bonum quod est ipse, in quod ipsa semetipsam libere et quasi eligibiliter movet, volendo et amando se ipsum. Et quia est solum principium inclinans, non movens, nihil derogat libertati divinae voluntatis, immo magis est in firmitatem libertatis. Quae voluntas quasi inclinatur per amorem, et propterea quasi electione tenet se, immutabili necessitate concomitante, in bono amato.

In homine autem et in angelo tempore praecedit eius inclinatio in bonum ante omnem actum volendi electivum, elicitum ex voluntate angelica aut humana. | Utrum autem actus volendi non electivus in angelo praecessit primum actum volendi electivum, quo malus angelus erat obstinatus et bonus per gratiam confirmatus, de hoc nihil ad praesens. Et quia iste amor inclinat in modum naturae | ad unum ultimum, ideo comparat AUGUSTINUS eum ponderi in gravibus et levibus, cum dicit, XIII$^{o}$ libro C o n f e s s i o n u m , cap.$^{o}$ 9$^{o}$: «*Te fruimur, requies nostra, locus noster. Amor illuc attollit nos. Corpus pondere suo nititur ad locum suum. Ignis sursum, deorsum lapis sua loca petunt. Minus ordinata inquieta sunt, ordinantur et quiescunt. Pondus meum amor meus, eo feror quocumque feror*».

Amor autem liberalis in intellectualibus est, et con|sistit in habitibus virtutum inclu|dentibus in se amorem naturalem, sub modo perfectiori inclinans in bonum simpliciter, quam secundum quod erat pure naturalis. Et est in homine amor naturalis radix et origo amoris liberalis et omnium habituum virtuosorum, ut sint habitus virtutum nihil aliud quam determinationes amoris naturalis,

---

A Σ : A”D’I’J’K’M’P’P°R’S’T’W’Y'    49 W’ 168$^{vb}$    62 Scarp. 736$^{b}$    65 M’ 206$^{vb}$    71 P’ 254$^{rb}$    72 K’ 309$^{va}$

---

48 est] finis *add. et del.* D’    48 in$^{2}$] *om.* S’    53–54 praevius … elicitum] p’mus … elicitum D’(*corr. in* primus actus … elicitus)G’I’(*corr.* primus *in* praevius)K’P’R’S’T’W’ primus actus … elicitus A”J’M’P°Y’    54 inclinans] in *add. et del.* K’    54 ipsum] *om.* D’    55 quod] quo K’P’ quantum D’    57 est] in *add. et del.* D’    57 in firmitatem] ex infinitate *sed corr. in* ex infirmitate K’    57 quae] quod Σ    61 ante] autem S’    61 electivum] *om. sed add. i. m.* D’    61 ex] a K’P’    61 aut] *om.* D’R’S’W’    63 electivum] elicitivum Σ (*corr.* I’)    64 Et] *om.* Σ (*corr.* I’) (*scr.* J’K’M’T’Y’)    64 in] *om.* D’    67 illuc] illic K’    71 est] *om.* D’    71–72 virtutum] virtutem Σ (*corr.* I’) (*scr.* J’K’M’P’T’Y’)    73–74 et … naturalis] *om.* (*hom.*) S’    74 liberalis] et naturalis *add.* T’    75 sint] sunt Σ (*corr.* I’) (*scr.* G’Y’)    75 nihil] vel Σ (scr J’K’R’Y’)

---

66–70 AUGUST., *Conf.*, XIII, c. 9 (10) (CSEL 33.1, 351,15–352,1; PL 32, 848, 849).

quibus determinate inclinat ad bonum secundum quod est finis diversarum virtutum, et per fines proprios ad finem omnium bonorum communem, in quo consistit | beatitudo et finis virtutum, dicente AUGUSTINO, | De moribus ecclesiae, cap.º 15º: «*Non arbitror, cum de moribus et vita fit quaestio, amplius esse requirendum quod sit hominis summum bonum, quo referenda sunt omnia, nisi* quod habere *est beatissimum: id* autem *solus Deus, cui haerere non valemus nisi dilectione, amore, caritate. Quod si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino esse affirmaverim nisi summum amorem Dei. Nam illud quod quadripartita dicitur virtus, | ab ipsius amoris vario affectu, quantum intelligo, dicitur. Ut temperantia sit amor, integrum se praebens ei quod amatur; fortitudo, amor, facile tolerans omnia propter id quod amatur; iustitia amor, soli amato serviens; prudentia amor, ea quibus adiuvatur, ab eis quibus impeditur, sagaciter eligens. Sed hunc amorem non cuiuslibet* rei, *sed Dei esse dicimus*». Et infra, 23º: «*Ut nihil sit aliud bene vivere quam toto corde, tota anima, tota | mente diligere Deum, a quo existit ut incorruptus in eo amor, atque integer custodiatur, quod est temperantiae: ut nullis frangatur incommodis, quod est fortitudinis; nulli alii serviat, quod est iustitiae; vigilet in discernendis rebus, quod est prudentiae*».

Et secundum hoc, si virtutem ad amorem comparemus, nihil aliud est quam ordo amoris vel amor ordinatus. Quantum enim ad materiale in virtute et substantiam habitus, virtus non est nisi amor ordinatus, quantum vero ad formale et completivum, virtus non est nisi ordo amoris. Talis autem amor in Deo est quemadmodum et habitus virtutum, secundum modum superius determinatum. Et quia iste | amor secundum diversas virtutes inclinat ad diversos fines proprios diversarum virtutum circa humana bona, in modum eius quod movetur processive ad | diversa loca, cuius motus principium, instrumentum pes est, ideo AUGUSTINUS hunc amorem comparat pe|di. Exponens enim illud Psalmi 9[i], «*In laqueo* suo *quem absconderunt, comprehensus est pes eorum*» dicit sic:

---

A Σ : A''D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y' 78 I' 201[rb] 78 D' 161[rb] 84 T' 194[vb] 90 S' 144[ra] 99 Scarp. 737[a] 01 A 200[vb] 02 K' 309[vb]

---

79 15º] 3º T' 79 fit] sit K'P' 80–81 sunt omnia] *inv.* K'P' 81 habere] h'ere D'K'P'R' 81 haerere] hre' A''I'Y'(*corr.* ) inhaerere J' 83 esse] *om.* Σ (*corr.* I') 84 affectu] effectu A''D'M'(*corr.*) S'W' 86 fortitudo] est *add.* T' 86 facile] agibile K' *lac.* P' 86 id] illud D'G'J'W' 88 sagaciter] se *add.* Σ (*corr.* I') 88 Dei] rei S' 89 23º] *om.* T' 24º K'P' 89 ut] licet Σ (*corr. s. l.* I') 89 sit aliud] *inv.* Σ 90 amor] *om.* K'P' 91 custodiatur] amor *add.* K'P' 97 et] *om.* T' 97 completivum] complementum K' 98 superius] *om.* S' 99 diversos] virtutes *add. et del.* D' 00 modum] commodum *sed corr. in* modum D' 00 quod] quo K' 01 processive] *om.* K' 01 loca] et *add.* K'P' 01 cuius] cuiusmodi K'P' 02 enim] *om.* D' 03 9[i]] *om.* Σ (*corr. s. l.* I) 03 est] *add. s. l.* D'

---

78–88 AUGUST., *De mor. eccl.*, I, c. 14–15 (24–25) (PL 32, 1321–1322). 89–93 ID., *ibid.*, c. 25 (46) (PL 32, 1330–1331). 94–95 Modo differenti agit THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, IIa IIae, q. 26, a. 1–14 «de ordine caritatis». 98–99 Cf. *supra*, p. 129,19–21.

«*Pes animae recte intelligitur amor; qui cum pravus est, vocatur cupiditas aut libido; cum autem rectus, dilectio vel caritas. Amore enim movemur tamquam ad locum quo tendimus*». Amor autem caritatis est virtus | gratum faciens divinitus infusa, quae est forma ceterarum virtutum, dirigens ipsas in unum finem ultimum supernaturalem modo supernaturali, cum ex se non dirigant in illum nisi modo naturali et humano. Et talis amor est in Deo, immo est ipse Deus dicente IOANNE in III$^{a}$ <Epistola> canonica sua: | «*Deus caritas est*»; et in nobis comparatur alis, quia eo ad caelestia | volamus.

## <AD ARGUMENTA>

Quod ergo arguitur primo, «quod amor est | actio in voluntate, quia notitia est actio in intellectu», dicendum quod re vera pro actione quandoque sumitur, sicut et notitia, ut cum partes imaginis in nobis distinguuntur penes illa tria, mens, notitia et amor, proprie tamen amor non est actio, sed amatio.

Ad secundum, quod «est passio, quia eius contrarium ut odium, passio est», dicendum quod odium, secundum quod est nomen vitii, passio non est, sicut neque amor, nisi ex adnexa tristitia, quemadmodum et amor quandoque dicitur passio ex adnexo gaudio vel delectatione.

Argumentum probans quod sit habitus, simpliciter concedendum est.

---

A Σ : A"D'I'J'K'M'P'P°R'S'T'W'Y'  06 R' 151$^{va}$  10 Scarp. 737$^{b}$  11 M' 207$^{ra}$  13 W' 169$^{va}$

---

06 autem] *om.* D'  06 caritatis] artificis *sed corr. in* caritatis R'  06 virtus] et *add.* A"D'I'(*corr.*)R'S'  06–07 divinitus] dei virtus *sed corr. i. m.* K'  07 est] *om.* D'  09 naturali] cum … naturalis *iter.* R'  09 est ipse] *inv.* K'P'  10 in] secunda *add. et del.* K'  11 alis] aliis Σ (*corr.* I'J')  15 et] *om.* Σ (*corr.* I') (*scr.* Y')  15 in] *add. s. l.* R'  17–18 passio est] *inv.* Σ  19 et] *om.* R'

---

02–06 AUGUST., *Enarr. in Ps.*, Ps. 9, 15 (16) (CC lat. 33, p. 66,14–17; PL 36, 124).  09–10 *I Ioann.*, IV, 8. 16.  13–14 Cf. *supra*, p. 148,3.  15–16 De imagine Dei cf. AUGUST., *De Trin.*, IX, c. 4, c. 2 (CC lat. 50, 297; PL 42, 963; THOMAS DE AQ., *Summa theol.*, Ia, q. 93, a. 7).  17–18 Cf. *supra*, p. 149,9–10.  21 Cf. *supra*, p. 149,12–13.